Ci 1.20

R40472

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/b21721658_0001

DISSERTATIONES MEDICÆ
IN
UNIVERSITATE VINDOBONENSI HABITÆ
AD
MORBOS CHRONICOS
PERTINENTES
ET EX
MAX. STOLLII
MEDIC. CLINIC. P. P. O. PRÆLECTIONIBUS
POTISSIMUM CONSCRIPTÆ.

EDIDIT ET PRÆFATUS EST
JOSEPHUS EYEREL.

BIBLIOTH. COLL. REG. MED. EDIN.

VOLUMEN SECUNDUM.

VIENNÆ,
TYPIS CHRISTIANI FRIDERICI WAPLER
MDCCLXXXIX.

I.

BARTHOLOMÆI DE BATTISTI ROBORETANI DISSERTATIO DE FOEMINARUM MORBIS.

Introductio.

Fœminarum morbos & frequentia, & curandi difficultate, & tædio inſignes, ut in iis tractandis medicum peculiari ſagacitate præditum eſſe oporteat, colligere, ac exponere penitius, operæ pretium eſſe duxi, ut ſic Tyrones ſaltem, unico, ut ita dicam, intuitu, præcipuas, quibus excruciari ſolet ſexus ſequior, calamitates, easque curandi methodum luſtrare, ac pervidere poſſint facilius.

 Om-

Omnium primo dividi fœminarum morbi ſolent in communes, qui nempe in virilem quoque ſexum cadunt, & in particulares, ſeu proprios ſolis fœminis.

Morbi univerſales, ſeu communes, utut in utroque ſexu obſervantur, tamen tales ſæpe ſunt, ut alterutrum ſexum præprimis infeſtent; ſic febris lenta nervoſa communis morbus eſt utrique ſexui, nihilominus crebriorem hanc febrim videmus certis anni conſtitutionibus in ſexu ſequiori; ſic febris biliosa plures videtur viros aggredi, iisque eſſe pernitioſior, quam fœminis; morbi infantiles crebriores in maribus obſervantur, & inde plura funera, quam in fœmellis.

Numerus morborum major in fœminis eſt, ita, ut fœmina crebrius multo, quam vir, attamen impari longe diſcrimine, cum, quemadmodum frequentius, ita & levius ægrotet.

Morbi particulares ii ſunt, quibus certæ ſolum fœminarum ætates, certa fœminarum munia, certi ſtatus, in quibus verſantur, ſubjiciuntur.

Horum detegere cauſas difficile haud erit, ſi, quibus profluunt, fontes rimentur ſedulo, nam

1mo Multi oriuntur fœminarum morbi ex debiliori compage fœmininæ machinæ, atque inde pendente temperamento phlegmatico, vel ad ſummum plethorico, unde frequentiores in fœminis morbi mucoſi, ſeroſi, lymphatici, ple-

thoræ,

thoræ, ex quibus leucophlegmatia, chloroſis varia, multiplex hydrops, obſtructiones viſcerum variæ, fluxus ſanguinis &c.

2do. Alter fons eſt irritabilitas fibrarum exquiſitior, ſeu eumetaplesia, exceſſu peccans, hinc morbi nervorum dicti inter fœminas multo ſunt frequentiores, ſpaſmi, convulſiones, epilepſiæ, hyſteriæ.

3tio Diverſus mechanismus corporis fœminini ab eo virorum, hinc morbi mammarum varii, cancer maxime, quamvis hoc morbi genus etiam mammis virorum non omnino parcat; morbi pudendorum, uteri, ovariorum &c.

4to Quarta origo in vitæ genere vario, quo utuntur fœminæ habetur, hinc morbi nutricum, morbi illarum fœminarum, quæ ægrotis inſerviunt, morbi obſtetricum, monialium morbi &c.

5to Pravæ, quibus utuntur, conſuetudines multorum omnino in fœminis morborum geneſim conſtituunt; ſic pigmenta faciei varia, potus theati tepidique immodici, veſtitus ineptus, & uſus anguſtorum thoraculorum.

6to Certum vitæ ſtadium quod percurrunt totidem notabiles cauſas ſuppeditat, ex quibus varios fœminarum morbos profluere ſana pathologia docet.

Quælibet harum cauſarum ſuas patitur diviſiones, propriosque, qui inde oriuntur, complectitur morbos.

Ultimam, ad quam omnes prioribus ex cauſis orti morbi facili negotio reducuntur, ordinis gratia mihi ſelegi; ſic enim de virginum morbis ducam initium, ad gravidas dein accedendo earum affectiones pertractabo, cum parturientium, puerperarumque enumeratis morbis, ad nutricum mala pedem flectam; vetularum calamitates ultimum claudere agmen, ætatis ſibi inſequentis ordo poſtulat.

Virginum morbi. De Menſibus.

Virginum morbi varii ſunt; frequentius ſolum occurrentes, etſi eorum quidam nuptas quoque gravidasque afficiant, pertractabo. Agam autem omnium primo de menſtruis, & menſtruorum vitiis; ſecundo de chloroſi; tertio de furore uterino; quarto de fœminea ſterilitate; quinto de fluore albo; ſexto de morbo hyſterico.

Priusquam de menſium vitiis agam, quædam de hoc muliebri fluxu præmittenda ſunt, quæ noſſe oportet, ut quid circa hanc evacuationem ſolenne ſit, quid commune, quid naturale, aut præternaturale, & vitioſum ſit, intelligi poſſit.

Fluxus menſtruus excretio communis eſt, ut inter centenas vix unam reperias ea ætate con-

ſti-

ſtitutam, & ſanam, quæ hoc fluxu careat. Equidem itineratores quidam de fœminis in ultimo ſeptentrione habitantibus narrant, eas hoc fluxu carere; verum tamen Linnæus de fœminis Laponicis refert, ſtato fluxu eas gaudere, ſi modo ſanæ ſint, licet multo parciori, quam in climate calidiori.

Rara exempla ſunt fœminarum vitam ſanam degentium abſque menſtruis, etſi auctores Medici plurimas vidiſſe voluerunt, præclara ſanitate uſas, quin etiam gravidas effectas, quin unquam menſes habuerint.

Fortaſſe menſes quidem hæ fœminæ habuerunt, ſed paucos, fortaſſis etiam excolores, feroſos, lympathicos, mucoſos, forte ruſticanæ, & duris laboribus exercitatæ ſuperfluum hunc ſanguinem, ſtato alias tempore evacuandum, conſumpſerunt ipſæmet in nutrimentum corporis proprii; habitus enim viraginum, virilis quidam habitus parciſſima, vix ulla menſtrua efficit.

Hæc ſcire oportet, cum menſium fluxus indicium ſit pubertatis, & fœcundæ conſtitutionis; defectus vero plenarius menſium indicare ſoleat fœminam generationis incapacem.

Hinc etſi menſes non adſint, dummodo lymphaticum quid ſtato tempore, loco menſium conſpiciatur, aut vero, ſi durus labor, diæta tenuis, non multum nutriens rationem ſuppeditet parci, aut nullius etiam fluxus menſtrui; vel vero ſi adſit habitus ille viraginum, ſi inquam

hæc deprehendantur, non licebit ejusmodi fœminam ſterilitatis, & infœcunditatis arguere.

Contingit quoque, ut quædam concipiat, etſi menſes paſſa nondum ſit, dummodo terminus inſtet, quo primi menſes erumpere brevi ſolent; hinc quædam juvenculæ, antequam ullos habuerint in vita menſes, nihilominus matres effectæ ſunt.

Primi menſes tempus pubertatis ſolent notare. Eſt autem hoc ipſum pubertatis tempus varium: primo pro varia regione, quam quis inhabitat; ſecundo pro varia idioſyncraſia.

Serius erumpuut primi menſes in plagis mundi frigidioribus; Aſiatis meridionalibus circa nonum ætatis annum; circa decimum octavum, & vigeſimum in locis borealibus; in urbibus citius, quam ruri; in otioſis citius, quam laborioſis; in ſalacioribus citius, quam aliis.

Plurima exempla proſtant menſium primis vitæ annis, quin & primis vitæ menſibus prodeuntium, ita, ut poſthac conſtanter redierint. Ill. van Swieten a) narrat, vidiſſe ſe menſtruum fluxum primo vitæ menſe conſtanter redeuntem, nubilem viſam jam ſeptimo ætatis anno, nupſiſſe decimo nono, multarum poſthac prolium matrem. Primo, ſecundo, tertio, quarto ætatis anno, prima menſtrua non infrequenter comparuerunt.

Ne-

a) Commen. in Aphor. Boerhav. T. IV.

Negari hæc exempla nequeunt, attamen ſors non deberet menſtruus fluxus dici omnis evacuatio ſanguinea ex pudendis infantum, puellarum, etſi periodicus is fuerit, & poſthac conſtanter redierit.

Poſſunt hæmorrhagiæ pudendorum in tenera ætate contingere cum fluxu menſtruo neutiquam confundendæ, ex cauſis variis, faſciatione nimis adſtricta, veſte, thoraculo præcipue arctiori; ex intempeſtiva matrum ſedulitate gibboſitatem præcavere volentium, quam autem hoc ipſo accerſunt; item curſu, ſaltu, aromaticis, caſu &c.

Confirmantur tamen etiam apud nos hæc præmaturorum menſtruorum exempla per hoc, quod vel in tenera ætate caſu rariori conceperint, genuerintque. *Hallerus* refert exempla novennis puellæ gravidæ factæ in ſua patria, quod in calidiori Perſia frequenter, & ordinario evenit.

De ſanguinis menſtrui quantitate nil certi ſtatui poteſt, cum id dependeat a variis cauſis. In regionibus calidioribus, fœminis magis plethoricis, otioſis, ſalacioribus abundantior fluxus; item in magna vaſorum uterinorum debilitate, & atonia profuſi ſubinde menſes ſunt; ſed de nimiis his menſibus infra erit dicendi locus. Ruſticæ, ſeptentrionales, pauperes parcius menſtruantur.

Sanguinem menſtruum tanquam humorem excrementitium, noxium, venenatum antiquio-

res habuerunt, & integris nationibus fœmina menſtruans repudiabatur.

Exſtant variæ conſuetudines apud Aſiatos præprimis; & hodiedum apud Judæos, unde apparet, quantum averſati ſint ſanguinem menſtruum, & menſtruantem fœminam. Hæ conſuetudines munditiem maxime ſpectant, & hanc ſolum rationem habent, utilesque iis in regionibus præcipue ſunt, ubi ob majores ſolis æſtus ſanguis menſtruus citius putreſcit, & ita noxius, ſaltem naribus gravis fieri poteſt, licet ſanguis hic æque bonus, æque laudabilis, & innoxius ſit, ac is eſt, quem e vena pertuſa emittimus.

Duratio fluxus menſtrui varia eſt pariter, plerumque tamen in fœmina ſana, & menſtruante non infra triduum finitur, nec ultro dies ſex extenditur, ita, ut menſtruatio extra hos terminos finita, plerumque morboſi quid habeat.

Tempus, quo finire ſolet hæc menſtrua periodus, non unum, idemque obſervatur; nihilominus hæc tamen quaſi lex obtinet, ut quo citius fœmina primos patiatur menſes, eo etiam citius amittat.

In climate calidiore mature menſtruantur, ſed trigeſimo, trigeſimo quinto ætatis anno effetæ ſunt, & vetulæ;

Apud nos ſtatuitur in fœmina ceteroquin ſana annus ætatis quadrageſimus octavus, utut vi-

videamus non paucas, quæ multo maturius catameniorum beneficio privantur.

Rara exempla ſunt menſtruorum poſt quinquageſimum ſecundum annum regulariter adhuc recurrentium, rariora circa hunc annum exempla ſunt fœcunditatis. Unum refert Ill. *Hallerus* fœminæ in ſua patria anno ætatis quinquageſimo ſecundo, & gemellos vivos parientis.

Quamvis rara dixerim ſerorum menſtruorum exempla, tamen deſcribuntur ab auctoribus medicis caſus vetularum menſes paſſarum ætate varia, anno ſcilicet ætatis ſexageſimo, ſeptuageſimo, ipſo etiam centeſimo anno.

Non penitus negari hi naturæ luſus poſſunt, attamen fortaſſe hæmorrhagiæ variæ uterinæ, & periodicæ, nil commune habentes cum purgatione menſtrua, habebantur pro veris, & legitimis catameniis.

Alia quædam menſium anomalia notata eſt ſine læſione ſanitatis; videlicet gravidas ipſas, quæ alias menſibus carent, catamenia paſſas eſſe. Pleræque poſt conceptionem ſaltem ſemel menſtruantur, quædam ternis quaternis menſibus; pauciores toto graviditatis tempore. Prodeſt hoc ſcire, ne menſium fluxum recurrentem habeamus pro hæmorrhagia abortum præſagiente.

Sic ſtato tempore, quo alias menſes fluere conſueverunt, fluxus redeat cum nullis, vel cum

iisdem ſymptomatibus, non erit hæmorrhagia, aut inſtans abortus, ſed fluxus menſtruus.

Quamvis fœminæ tales, quæ tempore graviditatis catamenia patiuntur, propterea abortum non patiantur, neque hic fluxus cum abortivo debeat confundi, tamen talis fluxus plethoram notat, quam mallem venæ ſectione ante tempus menſtruorum inſtituta tollere.

Leguntur rariſſima quædam exempla fœminarum, quæ nunquam, niſi gravidæ, menſes habuerunt.

Menſes nutricum bene paſtarum lactanti non nocent, vanus metus matrum id timentium eſt; id ſolum obſervandum, ne nutrix tunc irritabilior animo commoveatur.

Cauſa menſtruationis nec lunæ phaſes ſunt, quæ utut in mare agat, & fluxum, ejusdemque refluxum vi ſua attrahente efficiat, tamen aſtri hujus actio in humana corpora aut nulla eſt, aut ſaltem non determinanda.

Chemici ſuo potiſſimum tempore, & dominante ſecta ſua, per fomentationem voluerunt fluxum menſium explicare.

Sed plethora eſt, ſeu univerſalis, ſeu topica ſaltem, atque uterina, quamvis & aliæ quædam concauſæ videantur neceſſariæ; ſed de his apud Phyſiologos diſputatur.

Uteri

Uteri interna ſuperficies, ejus præcipue fundus, ſanguinem menſtruum emittit. Patet hoc ex ſectionibus cadaverum fœminarum actu menſes habentium.

Subinde tamen & os uteri, ſubinde & vagina catamenia effundit, una cum uteri ſuperficie interna, aut ſola. Gravidarum menſtrua fors non ex utero, ſed ex vagina ſunt.

Præmiſſis his generalioribus ad explicanda menſtrua neceſſariis, progredimur ad vitia hujus evacuationis.

Menſtruorum vitia maximam muliebrium morborum partem conſtituunt. Comparantur fœminæ cum horologio, quod modo anticipat, modo tardat, & exlex ſæpe fertur.

Vitia menſium ad ſequentia capita reducuntur.

Primo menſes erronei ſunt; ſecundo menſes nulli; tertio parci; quarto nimii; quinto anticipantes; ſexto retardantes; ſeptimo decolorati; octavo difficiles, ſeu dolorifici.

Erronei menſes errore loci ii ſunt, qui loco haud ſuo profluunt.

Naturalem, aut præternaturalem nullam eſſe, qua non perfluxerint menſes, viam, hiſtoria medica docet.

Ce-

Celebriores tamen primo per vaſa hæmorrhoidalia; ſecundo per pulmones orto ſputo cruento; tertio per vomitum cruentum; quarto per narium hæmorrhagiam ſibi elegere.

Non infrequenter quoque per oculos, & aures ſimul, per gingivas, per veſicam, per mammas, per cutim, vulnera, ulcera a); imo obſervante Ill. Hallero b) ſanguis menſtruus errore loci prodiit ex dehiſcente ſutura ſagittali, ex foramine dentis evulſi, ductibus ſalivalibus, ex faucibus, digito, parte quacunque alia ſanguinem ſudante; ſubinde etiam tumores varicoſi, anevriſmatici orti ſunt ex ſanguine menſtruo aberrante.

Hæ erroneæ ſanguinis menſtrui evacuationes plerumque non exactam periodum obſervant, ſubinde tamen regulariter recurrunt.

Tria requiruntur, ut hic menſtruorum error contingere poſſit; nempe primo plethora requiſita; ſecundo exitus per uterum ob quamcunque cauſam denegatus; tertio decubitus, & impetus ſanguinis in partem quamdam aliam ex quacunque ratione imbecilliorem.

Cauſa ergo proxima menſtruorum erroneorum eſt topica affectio partium genitalium, qua ſanguini menſtruo per uterum exitus denegatur, uti

a) Conf. Ill. L. B. van Swiet. comm. T. VI. p. 314.

b) In Elem. Phyſiol. T. IV.

uti pudendorum concretio, imperforatio vaginæ, nimia uteri rigiditas, aut laxitas, ejuſdemque ſuperficies cicatriſata, una cum requiſita plethora, & debilitate illius partis, unde promanat.

Si pudenda concreta ſint, attendendum, an vitium ſit connatum, an acquiſitum poſt exulcerationem prægreſſam a variolis, ab ambuſtione, a lue venerea, poſt difficilem partum, vel a tumore comprimente; tumor enim requirit ſui ablationem; concretio autem acquiſita cautam ſolutionem, cautiorem adhuc connata, dummodo abſint ſigna in ſequenti paragrapho exponenda, vaginæ aperturam contraindicantia a).

Imperforatio ſi adſit, vel hymen totam occludit vaginam, vel quod ſubinde etiam obſervatur, præternaturalis adeſt membrana vaginam obducens, hymene licet rite conſtituto.

Hoc in caſu quærendum, examinandumque eſt, num ſeptum vaginæ præfixum ſit ſtrictum, denſum, renitens, & nullo modo prementi digito cedens; hoc ſi fuerit, ſuadenda operatio haud erit, neſcis enim, an non læſio alterius vicini viſceris ſequatur &c.

At vero, ſi ſeptum hoc molle ſit, flaccidum, deorſum convexum, digito prementi cedat, & concavum reddatur, ſectio fieri debet cruciali diviſione, longitudinali ſemper præferenda.

Tria

a) Herm. Bœrh. de cogn. & curand. morb. §. 1299.

Tertia cauſa in ipſo uterino ſyſtemate hærens, & exitum catameniorum per hanc viam impediens, eſt nimia fibrarum uteri rigiditas, ſeu ob totius ferme corporis robur, & ſtricturam nimiam, vel quod bálneis frigidis, duro labore &c. corpus, & uterus præcipue fuerit ſtrictior factus.

Hinc topica externa emollientia, uti clysmata uterina, fomenta, cataplasmata, ſemicupia, balnea &c. conveniunt, queis ejusdem virtutis medicamenta interna addi poſſunt.

Quartum vitium rigiditati directe oppoſitum æque valet nocere, ſcilicet nimia laxitas, debilitasque vaſorum uterinorum, utpote, quæ ſanguinem neutiquam valens promovere; vel mucoſa obſtructio uteri, quæ ex prægreſſa debilitate oritur, quo in caſu injectiones detergentes, ſolventes, dein roborantes, & emmenagoga conveniunt.

Si tandem ſuperficies uteri, aut poſt ulcera, aut poſt violenter abſtractas ſecundinas cicatriſata ſit, juvabit fors balneum tepidum, item clysma uteri ex aqua tepida, ut vaſa alia uteri, oris uterini, vaginæ aperiantur, ut hæc dein vaſorum olim obliteratorum vices obeant.

Topicis his impedimentis per artis regulas ſublatis, menſibusque debita copia, & ſolita periodo prodeuntibus, pleraque mala orta, dum ſanguis menſtruus per alia loca exire ſolebat (debiliori præſertim illi parti ſi debitum robur additum fuerit) ſponte evaneſcunt.

Sub-

Subinde tamen depravatæ remanent nonnullæ partium, quibus errore loci profluebant menſes, actiones, ut inde mala, quæ ſuperſunt, peculiarem poſtulent medelam, utut menſtrua debito redeant ordine.

Sic e. g. dum ob denegatam menſibus naturalem viam ſanguis ad pulmones delatus hæmoptœn cauſat, ſua hæc tractanda methodo erit.

Duplicem ceterum in erroneis menſibus curam requiri patet; in paroxismo fluentis ſanguinis cura hæmorrhagiæ, ſi nimia fuerit, communis in quiete, decubitu, ligatura artuum conſiſtens, habito ſimul ad partem, unde ſanguis exit reſpectu, indicatur; extra id tempus cauſam tollere, & ad debitum derivare locum, tempore præſertim, quo ingruere alias ſolebat fluxus, omni indicationi ſatisfacit.

Aliud menſtruorum vitium eſt eorundem ſuppreſſio, quæ diverſiſſimis ſæpe cauſis debetur. Hæ tamen ad duas claſſes poſſunt revocari: vel enim cauſa ſupprimens fluxum menſtruum eſt in ipſo ſyſtemate uterino, ſive cauſa eſt topica, localis; vel vero cauſa ſuppreſſionis in toto corpore eſt, ſive univerſalis.

Locales cauſæ ſunt iterum pudendorum concretio, imperforatio vaginæ, uteri rigiditas, aut laxitas, ejusdemque ſuperficies cicatriſata, quæ vitia tractanda ſunt uti paulo ante dictum fuit, dum de iisdem ſermo erat in erroneis menſibus.

Huc

Huc quoque pertinet defectus vaginæ penitus cum utero, quem *Morgagnius* obſervavit, uti & vagina quidem integra, ſed ſine utero a non paucis viſa.

Non raræ enim ſunt in faſtis medicis hiſtoriæ partium quarundam ex prima conformatione deficientium, ita, ut nulla forte pars aliquando non defuerit.

Collecta exſtant exempla in Ill. Hallero a); Cl. Klinkotſch bis in theatro anatomico Pragenſi plenarium uteri defectum exhibuit. Nonnunquam adeo parvus uterus reperitur, ut idem ſit, ac ſi nullus eſſet, qualem vidit cum anguſtiſſima vagina Morgagnius b); talem vidit *Amatus Luſitanus*, aitque, id frequenter occurrere in ſterilibus, iis quoque perexiguas, aut nullas fere mammas eſſe, ut ex defectu, aut parvitate mammarum concludere fas ſit ad uteri parvitatem.

Reperiuntur quoque perexigui, contracti, non a prima conformatione; ſed a morbo. *Riolanus* exiguum valde, & fere cartilagineum uterum vidit.

Poteſt uterus etiam ſuppuratione, gangræna, extirpatione tolli, qualia exempla Ill. Crantzius refert c).

Ma-

a) T. III. oper. minor.

b) Epiſt. 46. Nro. 20.

c) In Comm. de rupto in partus doloribus utero.

Maximi uſus eſſet in medicina legali, & praxi medica, ſi ſignis certis erui poſſet, quandonam uterus certo deſit. Contigit enim, ut quædam haberetur ſolum pro imperforata, & auxilium peteretur a diſſectione coaleſcentis vaginæ; verum conſtitit non ſolam atreſam eſſe, ſed plenariam uteri defectum.

Patet ergo occluſa vagina non ſtatim tentandam eſſe indiſcriminatim ejus ope cultelli diſſectionem, ſed requiri certam diagnoſin, an atreſia adſit ſola, an etiamſi ſola ſuadenda ſectio ſit; an vero uteri ſimul defectus.

Morgagnius non ſine fundamento ſuſpicatus eſt in fœminis atretis, ex bona, & conſtanti valetudine, & ex abſentia moleſtiarum circa lumbos, & pubem, ætate florente, eas, uti patulo carent vaginæ orificio, ita etiam carere utero.

Hinc idem illuſtr. *Morgagnius* in tali caſu dehortatur ab operatione chirurgica, ne chirurgus, dum cultro obſtaculum tollit, perſcinditque, lædat ſimul aut proxime adjacentem veſicam, aut inteſtinum rectum, prouti nempe fieri contingit in infantibus podice imperforato natis, ubi ſæpe ſimul defuit ipſum rectum inteſtinum, & podex cum periculo a chirurgo perforabatur.

Alia quoque practica utilitas ex his hucusque diſputatis elicitur, ſcilicet fœminis ſanis, attamen menſtruo fluxu carentibus, movenda menſtrua non eſſe; leguntur enim exempla, ubi in eodem caſu emenagoga peſſime ceſſerunt.

At quæritur, an non aliud quoque ſignum habeatur uteri deficientis? an mammillæ contractæ, parvæ, deficientes, parvitatem, defectumque uteri non ſignificent? Conſenſum mammas inter, & uterum dari, teſtimoniis multorum conſtat, nam & grandeſcunt tempore pubertatis, quo etiam ipſum uterinum ſyſtema increſcit; ſanguis ab utero repulſus mammas petit, & uberiorem lactis proventum in iis facit, uti patet in gravidis, in nutricibus, in fœminis poſt ſuppreſſa ſubito catamenia, uti conſtat ex cucurbitulis ad mammas adplicatis, ſcilicet quando nimii menſes ſunt; item ſanguis, & lac ex mammis depulſum uterum petit, ut inde abortus fiat, & lochia reddantur in puerperis copioſiora, ſive id fiat ob vaſorum anaſtomoſes, ſeu ob ſimilitudinem humorum, lactis nempe, & humoris uterini.

Quædam fœminæ utero deſtitutæ mammis ita caruere, ut præter areolam, & papillam adfuerit nihil. De omnibus tamen hoc adnotandum non eſt, ut hinc non conſtet penitus, an ſemper, quæ mammis carent, careant quoque utero.

Altera claſſis cauſarum menſes ſupprimentium nunc venit exponenda, quæ cauſas univerſales, ſeu ſitas in toto corpore continet.

1mo Huc numerari debet humorum penuria; ut enim catamenia fluere poſſint, requiritur plethora quædam, qua non præſente nullus erit ſuperfluus ſanguis per pudenda amandandus; hinc convaleſcentibus poſt hæmorrhagias, ob inediam, lacta-

lactationem, nulla menſtrua. Male hoc in caſu pelluntur catamenia, cum potius nutrire corpus neceſſe ſit, quo facto ſua ſponte redibit conſuetus fluxus.

2do Plethora totius corporis, quæ humorum motum fere ſoffocat, inde fictitia debilitas, ſecretionum & excretionum languor, aut earundem ſuppreſſio ſequitur, quo in caſu venæ ſectio emmenagogi vices agit.

3tio Phlogiſtica diatheſis in puellis ruſticanis pariter non infrequens cauſa eſt ſuppreſſi fluxus menſtrui, ubi antiphlogiſtica cura conducit.

4to Mucoſa humorum omnium diſpoſitio, diatheſis chlorotica, hydropica, ſolidorum ſimul juncta imbecillitas, quæ evacuantia, incidentia, & denique roborantia petunt.

5to Nimia fibrarum irritabilitas; novimus enim animi affectuum vim, præcipueque triſtium in irritabilioribus. Terror ex. gr. ſubito fluentes menſes cohibet, & ſupprimit, dum per vaſorum conſtrictionem in corporis ſuperficie poſitorum ſanguis ad interiora pellitur; hinc antihyſterica ſic dicta, hac in menſium ſuppreſſionis ſpecie, juvabunt.

Circa catameniorum ſuppreſſionem notandum præterea primo, quod, etiamſi venæ ſectio, ſub menſium fluxu inſtituta, eos non raro ſupprimat, tamen, poſcente neceſſitate, venam ſe-

care liceat, uti e. g. in pleuritide; fluxus enim menſtruus in acutis ſæpe eſt præmaturus, & mere ſymptomaticus, ob vim nempe febris ortus.

Secundo, diverſis aliis modis, & vario cum diſcrimine menſtrua ſupprimi; quibusdam enim ſubito fluxus jam præſens tollitur, & ſubſiſtit e. g. a ſola perfrigeratione abdominis, crurum &c.

Tertio, menſtrua vitioſe ſuppreſſa non debere confundi cum graviditate, ne hanc cum illis. Menſtrua nunquam aut vix unquam ſunt per quatuor menſes ſuppreſſa, quin fœmina non aliquo viſibili, & ſub oculos cadente morbo laboret a); hinc ſi quædam, quæ menſtruo fluxu rite fluente ſemper gaviſa ſit, quæ vero nunc citra ullum valetudinis ſuæ incommodum per quatuor menſes habeat aut nulla, aut perpauca menſtrua, hanc gravidam eſſe ſuſpicio eſt. Verum, ſi quæ antea non habuerit fluxum regularem, nunc autem nullum, aut perparcum, ſi ſimul ægrotet, aut ſaltem quasdam moleſtias patiatur, difficilis erit, & valde dubia graviditatis ſuſpicio.

Signa graviditatis ex menſium fluxu aut nullo, aut parciori, ex ſucceſſivo abdominis incremento, ex motu infantis poſt medium menſem quintum ipſi ſolum matri, dein etiam obſtetricanti percipiendo &c., videri apud obſtetricantes poſſunt.

Ma-

a) Hipp. Sect. 5. aphor. 62.

Magna prudentia opus, ne Medicus deceptus præſcribat emenagoga, & abortum procuret; item ne forte gravidam pronunciet, aut ne interroget quid de graviditate, ubi nulla ſubeſſet graviditas, quin imo, etſi graviditatem prudenter ſuſpicetur, tamen ſæpe ita ſe gerere debet, ac ſi alieniſſimus eſſet ab hac ſuſpicione.

Menſtruorum paucorum eædem fere cauſæ ſunt, quæ ſuppreſſorum, eadem quoque menſtruorum valde retardantium, quæ ſcilicet omni ſexta, vel ſeptima ſeptimana, aut tardius recurrunt; eandem hinc, ſed minus generoſam curam indicari conſtat.

De menſibus nimiis, uti & de menſibus valde anticipantibus notandum, hos nimios, ac frequenter recurrentes menſes ſæpenumero plethoræ adſcribi, hinc venæ ſectionibus & methodo mere antiphlogiſtica agitur, utut malo cum eventu. Hæc enim menſium profuſio eſt potius a ſolidorum laxitate, & humorum tenuitate, ubi magis roborantia indicantur ejus generis, quæ absque ſtimulo aromatico agunt, hinc maxime martialia.

Si autem debilitas uteri topica nimios cauſaret menſes, hos tinctura cinnamomi, decoctum corticis, injectiones roborantes percurabunt.

Cucurbitulas ad mammas, jam ipſi Hippocrati notas a), laudant alii.

a) Aphor. Sect. V. Aphor. L.

Poſſent tamen menſes eſſe profuſiores a peculiari quadam idioſyncraſia, uti nimia ſalacitate; quapropter ſemper attendendum, quomodo fœmina ferat nimios, & pauciores, nam ſi his elapſis bene ſe habeat, nulla indiget medicina, & ſana dici poteſt b).

Nimiæ menſium profuſionis ſubinde cauſæ remotæ ſunt immodicum exercitium, morbi febriles, animi affectus, paſſio hyſterica, evacuationes ſuppreſſæ, emmenagoga, morbi quoque uteri, quales ſunt polypi, ſcirrhi, cancri &c., quæ mala convenienti methodo erunt tractanda.

Anticipantes, & retardantes, paucis omnino diebus ſuum tempus aut antegreſſi, aut ſecuti, leviſſima ex cauſa cum fieri poſſint, vix (fœmina ceteroquin ſana) curam merentur.

Menſes decoloratos dari ſupra dictum eſt, menſtrua videlicet alba, aut loturam carnium referentia, uti etiam menſes difficiles, ſeu dolorificos. Plerumque eædem cauſæ ſubſunt, a quibus menſtrua ſupprimi, vel ſaltem minui conſtat, ut idcirco inde etiam in medendo indicatio ſit petenda.

Indurationes ſubinde obſervantur in abdomine circa uteri regionem dolorificos redden-
tes

a) Ill. L. B. de Störk mediciniſch-praktiſch. Unterricht zweyter Theil p. 155.

tes menſes, ubi ſolventia, ſed præcipue cicutam vario modo, & longo uſu exhibitam juvaſſe, expertus eſt Ill. Præſes noſter L. B. de Störck a), aliique b).

Equidem vix datur fœmina, quæ absque omni moleſtia primos præcipue menſes ferat, quibusdam dolet caput, aliæ palpitationes, calores patiuntur.

Si fœmina difficulter reſpiret, & mucoſa ſit, hæcque ſymptomata ſub menſtruorum tempus augeantur, curetur mucoſitas.

Sæpe a ſolis ſpaſmis hæ moleſtiæ habent ortum, ut in hyſtericis, tuncque antiſpaſtica, opiata indicantur.

Hinc patet diverſiſſima medendi ratio. In atreſia ſubinde culter; in utero cicatriſato ob avulſas olim ſecundinas juvabit fors balneum tepidum, item clyſma uteri ex aqua tepida, ut vaſa alia uteri, oris uterini, vaginæ aperiantur, ut hæc dein vices obeant vaſorum olim oblitteratorum.

Debilibus ex morbo, tempus, remedia invigorantia, & victus bonus medetur. Mucoſis

 ſapo

a) Mediciniſch prakt. Unterricht zweyter Th. p. 138.

b) Illuſt. ac Clar. Henricus Collin an. med. tert. de mira cicut. efficac. in difficil. ac multis olim pro incurabil. habitis morbis p. 105.

ſapo venetus, magis adhuc ſapo Starkeyanus, gummi ferulacea, ſquilla, vinum ſquilliticum cum aromate aliquo, calamo aromatico, corticibus aurantiorum, caſſia lignea, cortice Winterano; radix ari, extracta varia, enulæ, marrubii, fumariæ, taraxaci, trifolii fibrini, abſynthii, gentianæ rubræ, millefolii, ariſtolochiæ rotundæ, centaurii minoris; cortex peruvianus in infuſo frigido, nam crudus pulvis ſæpe offendit valde imbecillem ventriculum; mars in ſubſtantia, ejus extractum, extractum hellebori, vitriolum martis artificiale, myrrha, aloë minutulis doſibus, flores ſalis ammoniaci martiales, ſalia volatilia cornu cervi, ſuccini.

Subinde althæa, malva, verbaſcum, ſemen fœnu græci, melilotus, ſaponaria potius proſunt, ſcilicet in vaſorum rigiditate.

Electricitas profuit in nimio torpore fibrarum.

Borax exiguas pellentes vires videtur poſſidere.

Ubi anomalia, & ataxia ſpirituum, nimia irritabilitas peccat, & fluxum menſium turbat, proſunt, & vim exerunt emenagogam moſchus, aſſa fœtida, caſtoreum, valeriana ſylveſtris, flores chamomillæ, mentha, meliſſa, flores tiliæ, crocus, opium ipſum.

Aquæ ſubinde ſotericæ, uti ſelterana, ſpadane in obſtructionibus mucoſis, item quoque pro-

proſunt infuſa rhei, hellebori nigri &c. aquoſa primo, deinde vinoſa.

Venæ ſectio in brachio, in pede, data ſcilicet plethora: pediluvia, ſemicupia ad faciendam congeſtionem ad uterum.

Notandum ulterius, primo, in cura menſium inquirendum eſſe, an ſuppreſſio ſit effectus alterius morbi, an vero cauſa; primum contingere frequentius, obſervata medica docent a). Ergo ille morbus erit tollendus, quo ſublata ſponte ſequentur menſtrua. Si vero ſuppreſſio menſtruorum eſſet cauſa alterius morbi, tunc indagandum in ipſam hanc ſuppreſſionis cauſam, eoque dirigenda medicatio. Secundo, ſi nullus dolor lumborum adſit, nullus dolor colicus &c., ſignum eſſe, nondum adeſſe nequidem conamina menſium, quo in caſu non erunt exhibenda pellentia. Tertio, emenagoga ſi indicentur, dari debere hæc circa tempus illud, circa quod alias ſolebant menſes redire; indicantur autem præſertim, ſi fœminæ ſingulis menſibus aliquot guttas ſanguinis nigri, tenacis, vel tenacem mucum ſanguine tinctum emittunt cum debilitate, facie pallida, pulſu inæquali, & continuo frigore. Quarto, properandum non eſſe; res enim ad multos ſæpe menſes producitur.

a) Ill. L. B. de Störk opor. cit. p. 131.

De chloroſi.

Frequens fœminarum morbus eſt chloroſis; vix aliqua fœmina occurrit, quæ non aliquando hoc morbo fuerit tentata. Varia nomina auctores huic morbo indiderunt; ſic vocatur quibusdam morbus virgineus, aliis morbus pallidus, cachexia virginea, icterus albus, febris alba, febris amatoria. Acceptiſſimum vocabulum eſt, & receptiſſimum chloroſis a χλοϱος, cum virore pallidus.

Veteres morbum hunc noverunt. Hipp. Galenus, Paulus Ægineta, Aetius, aliique; verumtamen hunc morbum habuerunt non tanquam morbum quemdam principalem, primariumque, ſed tanquam alterius cujusdam morbi ſolum ſymptoma, tanquam effectum menſtruorum anomalorum.

A ducentis, & aliquot abhinc annis primum deſcribi tanquam morbus cœpit.

Non autem ſemper morbus eſt, ſed ſolum ſubinde; frequenter enim, uti veteribus fuit, morbi alterius aut ſymptoma, aut effectus eſt.

Et hoc quidem meretur notari; nam ſi morbus princeps ſit, aliter curari debet, & aliter ſi ſolum alterius morbi ſit aut effectus, aut ſymptoma.

Deſcribi autem videtur poſſe ſequenti ratione: cachexiæ ſpecies fœminis familiaris, impri-

primis junioribus nondum menſtruatis, aut circa tempus primorum catameniorum, comitata pravo quodam colore ex albo flaveſcente, vel vireſcente, corporis tumore œdematoſo, fluxu menſtruo aut nullo, aut perparco, aut albo.

Morbus hic cum quibusdam aliis quamdam habet affinitatem, a quibus tamen diſtingui debet.

Cachexia ſtricte ſic dicta non multum differt a chloroſi, cum hæc ſit ſpecies quædam cachexiæ; cachexia enim varias ſub ſe ſpecies complectitur; fit e. gr., cachexia a longis morbis, cachexia ab obſtructis viſceribus quibuscunque e. gr. obſtructo hepate; cachexia a prava digeſtione, & ventriculi imbecillitate; cachexia poſt hæmorrhagias, & ſic porro.

Chloroſis autem eſt cachexia proveniens ex anomalo catameniorum fluxu, & ob ſuam cauſam differt ab aliis cachexiis. Præterea aliæ ſpecies cachexiæ poſſunt utrumque ſexum, & omnem ætatem afficere; hæc vero cachexia chlorotica afficit ſolum ſexum ſequiorem, & in hoc plerumque ſolummodo puellas circa tempus pubertatis, item viduas juniores, item moniales, & eas demum fœminas, quæ inertem vitam in juventutis flore degunt.

Alia ægritudo eſt, quæ cum chloroſi affinitatem habet, ſcilicet anaſarca; at vere in chloroſi tumor eſt magis paſtaceus; veſtigia impreſſi digiti diutius retinentur, major enim eſt humorum lentor, & tenacitas; in anaſarca autem major

jam humorum aquoſitas. Tumor in chloroſi fere æqualis per totum corpus, at in anaſarca inferiorum artuum tumor major. Sitis major in anaſarca, nulla plerumque in chloroſi.

A ſcorbuto facilius diſtinguitur chloroſis; genuum peculiaris debilitas, dolor, pruritus tumentium, vel vero conſumptarum gingivarum, dentes nigri, eroſi, ſanguis inter dentium interſtitia prodiens, odor gravis ſcorbutum notant.

Chloroſis cum ictero quoque aliquam ſimilitudinem habet. In ictero autem color magis flavus eſt, aut etiam nigricans, fæces albeſcentes, album oculorum flaveſcit; urina crocea, craſſa, & jumentoſa, agitata ſpumam flavam agit.

Ceteræ ſpecies cachexiæ, quibuscum confundi chloroſis poſſet, per id etiam differunt, quod plerumque plus conſumant ægros, & hi citius pereant; chloroſis vero diutius, & impunius feratur.

Paulo tamen difficilius ab initiante graviditate dignoſcitur.

Symptomata hujus morbi ſunt vertigo, ſomnolentia continua, gravitas totius corporis, intumeſcentia in facie, palpebris, & maleolis, crurum, & pedum tenſiva laſſitudo, color faciei pallidus, vireſcens, pallidæ gingivæ, reſpiratio in levi motu ſuffocativa, palpitatio cordis in inceſſu, cardialgia a paſtu, mane vomitus pituitoſi, aquoſi, appetitus vel deletus, vel auctus, vel pica,

ca-

capitis dolor, pulſus debilis, febrilis, mollis, & levi in motu duriſſimus, triſtitia, menſium anomalia a).

Cauſa proxima eſt debilitas ſolidorum, & mucoſitas humorum.

Cauſæ remotæ vita ſedentaria, potus theati, ſomnus multus, quies, victus depravatus, habitatio humida.

Conveniunt ergo ab initio, cum raro primæ viæ ſint puræ, purgantia, ſolventia dein, & (tumore paſtaceo molliori per hæc facto) frictiones cum pannis laneis fumo ſuccini impregnatis, denique vina roborantia, martialia b).

Unica non eſt hæc chloroſeos ſpecies, ſed alia obſervatur, quæ calida dicitur, ſeu febris denſa, alba Geſneri, fœminis ruſticanis robuſtis ſuperveniens, dum menſtrua ſubito ſupprimuntur ex febre, vel animi pathemate, aut ſedentariis, laute paſtis, plethoricis.

His enim in caſibus ſanguis reſtitans depravatur, cachexiam cauſat, habitu externo eodem, ac in priori ſpecie, ut inde diſtingui ſæpe difficulter ab invicem poſſint, niſi ad vitæ genus, adjuvantia, & nocentia, & ad ſtatum præcedentem ratio habeatur.

Me-

a) Sydenham. proceſſ. integr. in morb. omnib. curand. p. 678.

b) Ill. L. B. de Störk ann. Med. ſec. p. 208.

Medicamenta in hac ſpecie indicata toto cœlo a prioribus diverſa in venæ ſectione, nitroſis, emollientibus conſiſtunt.

De furore uterino.

Furor uterinus, hyſteromania, delirium amatorium, nymphomania, erotomania aliis dictus, ſpecies delirii eſt circa res venereas, cum nimia ſalacitate.

Hoc morbo ſolent præprimis affici puellæ nubiles, viduæ juvenes, pravæ lectioni librorum laſcivorum, vino dulci, cibis calefacientibus, ſpiritibus, otio indulgentes a), quamvis ſobriæ quoque, & bene morigeratæ a ſola corporis conſtitutione non ſemper ab eo exceptæ deprehendantur.

Cauſa proxima hujus uterini furoris eſt major ſanguinis derivatio ad genitalia, cum vel ſine acrimonia veneris ſtimulos excitantis.

Cauſæ autem remotæ duplicis ſunt ſpeciei; vel enim mens protopatice, ſeu primario affecta eſt, vel vitium prægreſſum fuit in ſyſtemate uterino. Sic humores acres ſyſtema uterinum vellicantes, pudendorum phlogoſis, menſium retentio, & ſanguinis coacervatio, plethora, ulcera, ſuppurationes, indurationes, & varii adhuc alii morbi partium generationi inſervientium, nimiam ſa-

a) Cl. Home princip. med. Sect. VI. p. 302.

ſalacitatem, inde naſcens delirium amatorium producunt. In protopatico autem uterino furore, qui in illis puellis & viduis, quas ſupra retuli, obſervatur, adſunt etiam quandoque inflammationes pudendorum, vaginæ, aſt non tanquam effectus, aut ſymptomata.

Hilaritas audito de amore ſermone, deſiderium clam loquendi de venere, & obvios ad coitum ſolicitandi, facit, ut diſtinguatur hic morbus ab incipiente mania a).

Sanatur methodo varia, prout varia nempe ipſius morbi cauſa fuerit; hinc ſi morbus ſit deuteropaticus, ſeu a topicis uterini ſyſtematis vitiis, hæc debent ſua methodo tolli, ſimulque ſanguinis orgasmus venæ ſectione, diæta parca, refrigerante moderari; ſi autem in mente malum hæreat, lectione, auditu, cogitationibus laſcivis evitatis, ſpes matrimonii ſæpe ſola, vel matrimonium ipſum initum ut plurimum curat.

Ex his intelligitur, quomodo reſtitutus catameniorum fluxus, fluentes hæmorrhoides, fluor albus largior hanc maniam amatoriam ſanaverint.

Mathæus de gradibus exemplum refert fœminæ extra tempora graviditatis furore uterino corripi ſolitæ.

In

a) Idem Cl. Home cad. opor.

In Ephemeridibus naturæ curioſorum refertur a) uterinus furor ab uteri inflammatione; ibidem legitur caſus furoris uterini orti a vermibus, quibus expulſis mens rediit.

De fœminea ſterilitate.

Fœmineam ſterilitatem ad nuptarum potius, quam ad virginum morbos pertinentem, ordinis gratia tamen hic pertractabo.

Eſt autem fœminea ſterilitas impedita facultas concipiendi prolem ætate congrua.

Prout totum generationis negotium intricatiſſimum, & nondum in lucem protractum, neque probabilius protrahendum, ita innumeræ quoque inexplicabiles ſterilitatis cauſæ occurrunt, cognitis ſolummodo perpaucis.

Hæc autem eſt vel abſoluta, quæ ſcilicet nullo modo auferri poteſt, vel relativa, quæ certis tantum ſub conditionibus adeſt.

Abſolutæ cauſæ ſunt defectus partium, vel earum mala conformatio, vel inauferibiles morbi; ſic defectus ovariorum, tubarum, uteri &c.; ovaria morbida, hydatidibus, ſcirrhis, hydrope obſeſſa, ſtrigoſa, & emarcida; tubæ imperforatæ; uterus ſcirrhoſus, ſteatomatoſus, ulceratus, ci-

ca-

a) Decuria III. anno V.

catriſatus, cartilagineus, tympaniticus, ſummopere relaxatus ab hæmorrhagiis, fluore albo &c.; vaginæ vitia nuper enarrata, quæ eam reddunt imperviam, & operationem non admittunt; prolapſus non reponibiles vaginæ, uteri; herniæ majores, congreſſum viri penitus impedientes, ſunt inauferibiles ſterilitatis cauſæ.

Relativæ ſunt morbi univerſales, reconvaleſcentiæ, chlorofis, menſium vitia varia; genitalium morbi curabiles, uti prolapſus reponibilis, vaginæ concretio aperturam admittens, ſemen in uterum non penetrans ob ejus os auferilibus tumoribus occluſum; voluptas e coitu nimis languida; ſemen non retentum, aut non abſorptum ob orificium uteri laxum; diverſus fluxus, vel hæmorrhagia uterina; uteri ſuperficies viſcida materia obducta; pravæ humorum uterinorum qualitates; nimius calor uteri fluxum album, vel ulcera ejusdem uteri cauſans.

Sæpe cauſa ſterilitatis quoque eſt matrimonium ſerius initum, ſcilicet in puellis poſt trigeſimum ætatis annum.

Subinde alia ſterilitatis cauſa eſt nimis frequens concubitus, inde plerumque meretricularum ſterilitas.

Mœrores diuturni, animorum averſio, & lites inter conjuges, ſterilitatis, & infœcundi matrimonii cauſæ ſunt frequentiores.

Abſolutarum cauſarum per ſe nulla medela.

Relativæ autem tolli poſſunt, dummodo methodo unicuique convenienti tractentur.

Si quæratur, quatenus ſterilitas uxoris (de viro enim hic non loquor) cauſam divortii coram judice poſſit ſuppeditare, pro regula tenendum: ſterilitatem abſolutam, & inauferibilem, jam ante initium matrimonii præſentem, & demonſtratam ex cognita natura impedimenti non auferendi, juſtam divortii cauſam præbere æque in cœtu catholicorum, ac proteſtantium. Hic canon explicatione indiget, cum juxta eundem dijudiciari caſus multi matrimoniales debeant.

Dixi ſterilitatem debere eſſe abſolutam, non relativam, non temporariam; ſecundo inauferibilem; ſic in atreta, ſeu imperforata, ſi atreſia talis ſit, ut cultro ſolvi queat, erit ſterilitas, ſed auferibilis, quæ idcirco divortium non admittit; at vero ſi tota vagina in corpus ſolidum coaluiſſet, ex prima jam conformatione, haberemus ſterilitatem abſolutam, inauferibilem; aſt tertio hæc abſoluta, & inauferibilis ſterilitas debuit adeſſe jam ante contractum matrimonium; quod ſi enim ſerius, & in matrimonio tale impedimentum fuiſſet natum inauferibile, non haberetur inter catholicos, nec apud proteſtantes ſufficiens divortii cauſa. Leges maritum hortantur ad patientiam, quam ab eodem jure exigunt, ſi uxor non ex culpa propria, ſed forte ex infortunato puerperio ſterilitatem hanc inauferibilem contraxerit.

Sed

Sed non ſufficit adeſſe ſterilitatem abſolutam, inauferibilem, jam ante matrimonium præſentem, verum hæc ipſa ſterilitas demonſtrari debet poſſe ex cognita natura impedimenti.

Pone enim fœminam quamdam jam ante matrimonium, ob defectum ex. gr. utriusque tubæ Fallopianæ, ſterilem eſſe, ſterilitate certe inauferibili; hoc in caſu nullum divortium peti poſſet, cum, utut ſit abſolute ſterilis, hæc tamen de ſterilitate convinci abſolute non poſſit; cauſa enim ſterilitatis detegi, & in apricum produci nequit, nequit demonſtrari, cum ſcilicet in interioribus lateat, & cum cæteroquin admittere virum poſſit, & ob hoc ipſum tanquam non ſterilis habenda. En ergo regulam in dijudicanda ſterilitate tanquam divortii cauſa ſervandam.

De fluore albo.

Fluor albus eſt materiæ albæ, ſubrubræ, viridis, mitis vel acris ex utero, vel vagina excretio.

Cauſa proxima eſt colluvies aquoſa, ſeroſa, mucoſa cum uteri laxitate a).

Sedes eſt in lacunis mucoſis, in glandulis, in finibus ultimis arteriarum.

 Cauſ-

a) Cl. Home princip. Medicin. Sect. VI. p. 300.

Cauſæ remotæ juxta Cl. Tiſſotum a), ſunt primo coctio ventriculi læſa poſt febres intermittentes, poſt acutas, poſt hæmorrhagias, poſt malos cibos, & potus calidos theatos; ſecundo debilitas una cum mucoſitate uteri a partu frequenti, menſibus copioſis, lactatione neglecta; tertio eſt cacochymia hæreditaria, jam ante pubertatem præſens nunquam ſupprimenda, cum in colicam, aut cephalalgiam tranſeat facile; quarto catarrhus uteri.

Ad has fluoris albi remotas cauſas refertur jure merito ab Ill. L. B. de Störk b) ſordities, & frequens partium genitalium irritatio.

Ex juvantibus, & nocentibus ſæpe ſolum judicare poſſumus, an hic fluor benignus, an venereus ſit; omnia enim fluoris venerei ſigna benignum ſæpe ſtipantur fluxum, nam & hic ſaniſſimæ ſupervenire poteſt ſubito in ſui ortu acer, vireſcens, cum dyſuria, licet communiter ſucceſſive ſolum ad hunc usque aſcendere gradum ſoleat.

A menſibus decoloratis diſtinguitur periodo, quam hi ſervant.

Ab ulcere uteri, ſymptomatibus ſuppurationem comitantibus.

Ta-

a) Saggio ſopra malattie delle perſonne del gran mondo Artic. IX.

b) Mediz. prakt. Unterr. 2ter Th. p. 145.

Talis fluor absque incommodo a fœminis ſubinde fertur, quæ ideo medicinam nec petunt, nec ea indigent.

Aſt copioſior & diuturnior factus, debilitatem, conſumptionem, aliaque triſtia inde promanantia ſymptomata cauſat, quæ celerem poſtulant opem a).

Facta ergo certa diagnoſi cura conſiſtit, ut, ſi a coctione læſa ortum habuerit albus fluxus (cibis nocentibus ſedulo evitatis, purgatisque rheo, myrobolanis, primis viis) roboretur ventriculus amaris, invigorantibus b).

Si a debilitate una cum mucoſitate uteri ob partum frequentem, menſes copioſos, lactationem neglectam, juvant incidentia ſalina c), aquæ dein ferratæ d), purgationes roborantes, & injectiones ejusdem virtutis.

Si cacochymia hæreditaria in cauſa ſit, purgantia & caſſia, manna, tamarindis una cum præſentem cacochymiam emendantibus, dein roborantia indicantur; aſt hanc ſpeciem, cæteroquin non adeo frequentem, rara fortuna medicis curare datum eſt.

a) Ill. L. B. de Störk l.

b) Conf. Home princ. med. p. 147.

c) Ill. Præſes Noſter i. c. p. 147.

d) Tiſſot ſaggio ſopra le mallatie delle perſonne del gran mondo Artic. IX.

Si cauſa remota ſit uteri catarrhus, ſeu ejusdem ſuperficiei levis inflammatio, conqueruntur fœminæ de pondere, calore, levi febricula, quo in caſu venæ ſectio, balnea tepida, ſemicupia, cataplasmata emollientia, potus leviſſime diaphoretici locum habent.

Frequentioris irritationis, & ſorditiei genitalium cura patet.

Quam maxime in hoc morbo ab initio ab omnibus adſtringentibus, præcipueque a ſaturninis abſtinendum a), raro enim absque revulſione ad inteſtina curatur b).

Aquæ minerales in & externe exhibitæ in deſperato caſu ſolæ ſæpe profuere c).

Morbus Hyſtericus.

Morbus hyſtericus omnium chronicorum frequentiſſimus d) ab ὑστερᾶ uterus appellatur, græcis πνιξ, item απνοια υστηριχη; Paracelſo dicitur morbus caducus matricis; Helmontio aſthma uteri; plerisque hodie ſtrangulatio hyſterica, hypochondriaca.

Eſt

a) Idem. Cl. Auct. eod. loc.

b) Idem eod. oper.

c) Cl. Tiſſot. eod. loco.

d) Sydenh. Diſſert. Epiſtol. ad Guiliel. Colle. M. D. p. 408.

Eſt autem vehemens affectus generis nervoſi ſpasmodicus, & convulſivus cum moleſto ad infimum abdomen ſenſu incipiens, globi ad inſtar aſcendens, deſinens vero in faucium ſtrangulatam oppreſſionem, pulmonum & cordis quaſi contractionem, & extremorum perfrigerationem.

De morbi primaria ſede ab omni retro antiquitate diſſerebatur. Veteres usque ad annum fere 1600 unanimi calculo uterum primario accuſarunt. Infinitarum ærumnarum cauſa agebatur uterus a Democrito a). Hippocrates b) multis in locis de utero diſſerit, tanquam ſua ſede dimoto, nunc ad latera, nunc ad præcordia, fauces, ad ipſum usque caput delato. Fruſtra quidam eum excuſare tentabant tanquam metaphorice locutum; capi enim talis falſa aſſertio poteſt in tanta ſcientiæ anatomicæ tunc temporis caligine.

Galenus primus demonſtratis uteri ligamentis oſtendit antiquæ ſententiæ de motu, & aſcenſu uteri falſitatem. Nihilominus uterum a noxa non abſolvit, ſed halitus ſanguinis corrupti, & corruptæ ſeminalis lymphæ, ab utero dimitti quaqua verſum, & nervos irritare aſſerebat.

Sententia hæc, utut a quibusdam etiam recentioribus adhuc impugnata, victoriam retulit, ita

C 4

a) In Epiſt. ad Hippocrat. miſſ.

b) De natur. mulier. Sect. V.

c) De uteri ſuffocat.

ita ut, etſi utero vagus ille, & irregularis motus, & aſcenſus non fuerit conceſſus, non tamen fuerit denegata quædam ſaltem facultas ſeſe commovendi, inque alterutrum latus, antrorſum inclinandi.

Carolus Piſo a) opinionem Galenicam de halitibus pravis ab utero quaquaverſum dimiſſis, & nervos ſtimulantibus impugnavit, atque aſſeruit, malum hyſtericum eſſe morbum primarium capitis, & idiopathicum enkephali, uterum nullatenus poſſe accuſari, eſſe ſpeciem epilepſiæ idiopathicæ, ſtimulum materialem, qui has turbas excitat, eſſe ferventem colluviem ſeroſam, quæ nervorum principia, præcipue vero initium medullæ ſpinalis petit, premit, diſtendit. Conabatur id aſſertum ex cadaverum ſectionibus demonſtrare.

Ab illo tempore varii varias hypotheſes de ſede, & cauſa mali excogitarunt, ita, ut quidam pulmones, alii ſuccum pancreaticum cum bile effervescentem accuſarent.

Viſcera abdominalia atra bile obſtructa, periſtalticum inteſtinorum motum inverſum, fluidum nervoſum in genere affectum alii voluere b).

Wil-

a) De cogn. & curand. morb. Lib. III. p. 391.

b) Conf. Cl. Home princip. Medicin. p. 234.

Willifius oſtendit ſymptomata hyſterica eſſe mere ſpaſmodica, cui Sydenhamus quoque ſubſcripſit b), ita tamen, ut non colluviem ſeroſam cum Carolo Piſone, ſed ſpiritus animales turbatos, & anomalos incuſaret.

Inde factum eſt (cum hæc Willifii, & Sydenhami ſententia ab omnibus medicis adoptaretur) ut in viros quoque morbum hunc hyſtericum transferrent, eundem prorſus, etſi mutato nomine, dicerent hypochondriacum. Hodie autem juxta recentiores irritabilitas aſſumitur, quæ leviſſima ex cauſa excitatur.

Qui uterum incuſant, provocare ſolent ad cadaverum ſectiones, ubi varia uteri, ovariorumque vitia fuerunt reperta. Poterant hæc vitia aliunde eſſe, aut ab ipſo morbo producta, aut erant fors tanquam cauſa excitans.

Dignoſci ab aliis morbis hæc ægritudo hyſterica debet, quoniam confundi a minus perito poteſt cum variis morbis, quamdam analogiam habentibus, aut etiam affinibus; ſic dignoſcitur ab epilepſia, quia in convulſione hyſterica, teſte Celſo, nec oculi vertuntur, nec ſpuma oris adeſt, nec artus diſtendunt; in epilepſia quoque convulſio magis eſt univerſalis, geſtorum olivio; ſecus in hyſtericis. Præterea morbus hyſtericus ventris murmure, lotio ſpaſtico, copioſo, cryſtallino ſolvitur.

a) Diſſert. Epiſt. ad Guil. Colle M. D.

Cum apoplexia æque ſubinde confundi poteſt errore valde practico; at vero in apoplexia major eſt ſenſuum, & motuum abolitio, manente, vel etiam intenſiore, pulſu, & reſpiratione laborioſa.

Cum ſyncope paroxiſmi vigor confundi poſſet, quæ imaginem mortis refert; poſſet cum ipſa vera morte confundi affectio hyſterica; quædam enim ita in ſyncopem hyſtericam prolapſæ ſunt, ut omnia explorandæ vitæ adminicula ad probandam vitæ præſentiam vix ſuffecerint, uti eſt ex. gr. goſſipium carptum, aut pluma, aut ſpeculum terſum, aut politum chalybis fruſtum, aut candela naribus, atque ori admota, aut vitrum aqua plenum pectori impoſitum. Sic Veſalius fœminam pro mortua habitam, ſed paroxysmo ſolum hyſterico oppreſſam incidit cultro anatomico.

Refert Schenkius a) fœminam nobiliſſimam ſyncope hyſterica correptam, a celebri anatomico ſectioni deſtinatam, cum culter in corpus adigeret, exclamaſſe.

Conſtat non negandis exemplis fœminas quasdam multis horis pro mortuis habitas, jam in tumulum elatas revixiſſe, quod certe explicari, & capi poteſt, ſi hæ fœminæ paroxismo hyſterico oppreſſæ ponantur.

Hinc

a) Obſerv. med.

Hinc ſequitur, gravidam pro mortua habitam non prius incidi debere, niſi de ipſius morte conſtet probabilius; ſi enim eo usque velles expectare, donec certo conſtet, donec ſcilicet fœtor cadaveroſus id tibi dicat, ſectionem Cæſaream fruſtra faceres, fœtu jamdudum mortuo; ſi vero citius hanc operationem inſtitueres, priusquam tibi mors matris fuerit probabilior viſa, periculum incurres, ne matrem adhuc vivam incidas. Juvat paulisper in hanc materiam digredi, utut huc non ita pertinentem, ut non facile abeſſe poſſit. Suadet rei dignitas, & momentum, ut eidem aliquantum inhæreamus.

Aſſero, errari ab illis, qui morienti adſtant, ut ultima emorientis vitæ ſuſpiria captent, & mox in morientis, fortaſſe nondum mortuæ, viſcera involent.

Hinc ſequentes canones obſerventur in incidendo matris cadavere, ſcilicet nemo ſectionem Cæſaream inſtituet, niſi

1mo Gravis morbus, aut alia lethalia ſymptomata præceſſerint, acuta febris, hæmorrhagia.

2do Captis omnibus experimentis, reſpiratio nulla obſervetur; ſunt autem varia experimenta.

3tio Nullibi cordis, aut arteriarum pulſus a perito homine deprehendatur.

4to

4to. Omnis & minimus etiam motus perierit, excepto illo abdominis, quem fœtus in utero concluſus excitat.

5to. Calor naturalis perierit, aut ex toto, aut ex parte; attamen variare calor ſolet, nec huic ſcopo multum fidendum; frigere vivus poteſt, & mortuus calere.

6to. Remedia adverſus leipothymias, & ſyncopes, & ſuffocationes hyſtericas adhiberi ſolita nil profuerint, quæ quidem adhiberi neceſſario non debent, ubi ex cauſis præcedentibus certo ſcitur, ægram mortuam eſſe.

At quæritur an, datis his, vel plerisque mortis ſignis diagnoſticis, ſemper facienda ſit ſectio Cæſarea?

Vel fœtus in partu eſt moriente matre, & animinatus, tunc certe caput forcipe capi, & extrahi poteſt, & debet; vel raro fœtus adhucdum in utero hæret, tuncque verſione excipiendus eſt in caſu dubiæ mortis. Si vero evidenter, & certo conſtet de morte matris, aut ſi absque læſione, aut periculo infantis verſio fieri nequiret, ſectio Cæſarea requiritur.

Forte cum utilitate tentari in ejusmodi caſu poſſet diviſio ſynchondroſeos oſſium pubis minori cum periculo, ſi mater reviviſceret, & hac ratione, ſi mortua etiam eſſet dudum, chirurgi ſibi facultatem quamdam, operationis hujus facilius inſtituendæ, compararent, ſed de his ſatis.

Symp-

Symptomata hujus morbi ſunt, dolor capitis, ſtupor, clavus hyſtericus, abolitio ſenſuum ſubitanea, dejectio animi, terrores a leviſſima cauſa, ſudores, calores fugitivi, vertigo repentina, ſuffocatio cum tumore ſtrumæ inſtar, tinnitus aurium, dentium ſtupor, ptyaliſmus, palpitatio cordis, tumor hypochondrii ſiniſtri, quaſi a flatu ſubito ceſſans, pectoris conſtrictio ſubitanea, formicationis ſenſus, dolores muſculorum attactum non ferentium, ructus, flatus, tormina, laſſitudo genuum, frigus aſcendens, pulſus inæqualis, vomitus acidi, virides, renum, veſicæ dolor, mictus teneſmoideus, urinæ paucæ, ſæpe copioſæ, dilutæ, hyſtericæ, riſus immodici, cito ſequens triſtitia, ad iram proclivis animus, nemini fidens, apoplexia hyſterica, momentanea, convulſio labiorum repentina, fugitivæ paralyſes linguæ, brachiorum &c., quæ ſymptomata per paroxyſmum recurrunt.

Diagnoſis petitur præſertim ab his ſymptomatibus, urina nempe limpida, & ſuffocatione, & a paroxyſmo animi motibus, & effluviis ſuaveolentibus excitato, & graveolentibus fugato a).

Quo mitiora ſymptomata, eo magis fauſta prognoſis.

Pa-

a) Cl. Home Princ. Medic. Sect. VIII.

Paroxyſmo aliquando raptas fuiſſe ægras teſtatur Cl. Piſo a).

Paroxyſmo durante venæ ſectio, ſi plethora adſit, ſtimulantia antihyſterica medicamenta ori, naribus, genitalibus applicata, frictiones extremitatum, pediluvia, titillatio plantarum pedis, clyſmata antiſpaſtica, vel & ipſa opiata, ſi dolor adſit acutus una cum vomitu, indicantur.

Extra paroxiſmum cauſa excitans ſedulo indaganda; prædiſponens enim, in nimia irritabilitate conſiſtens, roborantibus, nervinis moderari, ad juſtam mediocritatem redigi, tolli poteſt nunquam.

Sic ſæpe emeticum, ſæpe purgans paroxyſmi a primarum viarum evidenti vitio orti reditum perfecte præcavet.

In fœmina plethorica, phlogiſtica ſanguinis diatheſi prædita, venæ ſectio, diæta vegetabilis antihyſterici remedii vices exactiſſime explet.

Mucoſam, leucophlegmaticam, hyſtericam, incidentia, gummi ferulacea, & dein martialia reſtituunt.

Ex

a) De cognoſcend. & curand. morbis p. 393.

Ex nativa conſtitutione debilem, laxam, motus, exercitia, roborantia, amara, antihyſterica, balnea frigida percurabunt.

Ex animi affectibus ortus morbus ſi fuerit, quies, venæ ſectio, ſi indicata, ſopientia juvant.

Sæpe teſte Sydenhamo a), medicamentis aliis inutilibus, diæta lactea ſola profuit.

Difficulter tamen hic morbus tollitur, cum cauſæ excitantis neceſſaria plerumque negligatur indagatio, ipſæque fœminæ, longitudinis curæ pertæſæ, medicamenta tarde agentia reſpuant ineptiſſime.

Gravidarum morbi. De quibusdam ſymptomatibus graviditatem concomitantibus.

Omiſſis omnibus, quæ ad phyſiologiam, circa generationis negotium ſpectant, de gravidarum morbis, qui ab ea ut cauſa pendent, tantum verba facturus, poſtulat ordo, ut præmiſſis fontibus, unde omnes gravidarum calamitates ſcaturiunt, moleſta ſymptomata, quæ fœmina patitur, poſtquam conceperit, primo narrentur, eorundemque cura ſecundum artis regulas tradatur.

Gra-

a) Diſſert. Epiſtol. ad Guiliel. Collë M. D. p. 425.

Gravidarum morbi ſunt ferme ex his originibus, ſive cauſis oriundi.

1mo. Ab irritato ſyſtemate nerveo, quod mox a conceptione diverſos affectus experitur, non aliunde facile repetendos.

2do. Ab uteri grandeſcentis mole; uterus enim ex pelvi in abdomen aſcendens, & diſtentus varia incommoda producet paulo poſt recenſenda.

3tio. A ſanguine intempeſtive exitum per uterum quærente; inde fluxus ſanguinei, abortus, & mille alia mala mox enarranda.

4to. Ab ipſo fœtu valide moto, mortuo, inique ſito, tubario, ovario, abdominali plurima matri gravidæ incommoda, quin etiam mala naſcuntur.

5to. A pravis fœminarum conſuetudinibus, veſtitu, victus ratione, ſaltu, medicatione, coitu &c.

6to. A variis corporis fœminini partibus plerumque moleſte affectis tempore graviditatis, hinc morbi mammarum, alvi, veſicæ, pudendorum, crurum &c.

En ſexduplicem morborum in gravidis fontem. Singula nunc capita enucleatius, & liquidius explicabo.

Poſt

Poſt conceptionem morbi nervoſi dicti ſæpius obſervantur, animi præcipue deliquia, irritabilitas, animi mobilitas major, facilis excandeſcentia. mœror, appetitus abſurdi in res alias inſuetas, averſio a rebus antea adamatis; ſymptomatum hyſtericorum integra caterva; quaſi incipiens chloroſis cum cordis frequenti palpitatione; vomitus, nauſeæque, quod quidem incommodum in quibusdam durat primis ſolum aut diebus, aut ſeptimanis, in aliis vero ad ipſum usque graviditatis finem. Idem ferme gravidis mox a conceptione evenit, quod contingere navigantibus ſolet; ſcilicet his ab inordinato ſpirituum motu nauſeæ, & vomitationes oriuntur, puriſſimis licet primis viis, ut in gravidis obſervatur.

Profunt autem lenia carminantia, diacodiata, pauxillum opii ad nervos componendos, aquæ ſic dictæ antihyſtericæ menthæ, chamomillæ, meliſſæ &c. fœtida, ſcuta ſtomachica.

Cave ne ad magna quædam, & heroica remedia accedas; præſtat enim leniſſimis uti, & rem omnem ſoli fere tempori committere.

Hæc cautela præprimis locum habet in iis, quæ furtive conceperunt, ne inchoatam graviditatem turbes eodem plane crimine, quod quis committeret, fœtu jam grandiore effecto.

Item notandum ſingulam fere fœminam peculiaribus incommodis affligi, ita ut vix duas reperias per omnia hac in re æquales.

Altera malorum multorum in gravidis origo eſt uterus tractu temporis grandeſcens, atque mola auctus; nempe viſcera abdominis comprimuntur, tunc innumera mala pro ratione compreſſi viſceris; hepar, aut ductus excretorii bilis compreſſi ab utero icterum faciunt; ventriculus utero jam valde aucto ultimis graviditatis ſeptimanis expandi nequit, & ingeſta paulo largiora vomitu refundit, qui vomitus a ſola mechanica compreſſione ventriculi proficiſcitur, & cum illo vomitu mox a conceptione neutiquam confundi debet.

Omentum ſurſum urgetur, complicaturque; inde complicatio, & convolutio omenti orta tumores viſcerum abdominalium mentitur, tactu percipiendos poſt puerperium, in omni ſitu corporis eosdem tota ſæpe vita perſtantes, non niſi pondere, mole moleſtos, & qui medicis imponunt, eosque male ad deobſtruentia, qualia in ſcirrhoſis affectionibus ſolent dari, exhibenda ſeducunt.

Inteſtina hinc inde comprimuntur, inde alvus moroſa, difficilis & tumores a fœcibus retentis, alvo fluente ſemper decreſcentes; malum adeo ſolenne in gravidis.

Inde hæmorrhoides circa ultima præprimis tempora graviditatis a reflexu ſanguinis per hæmorrhoidales venas utpote compreſſas impedito.

Veſicæ, ureterum, renum preſſio, & horum viſcerum inde nata læſio, & functionum pertur-

turbatio varia; mictus nempe frequens, paucus ſubinde penitus ſuppreſſus.

Aortæ deſcendentis compreſſio, inde major ſanguinis copia partes ſuperiores petit, inde mala capitis, & thoracis talia, qualia a plethora naſci multiplicia ſolent.

Venæ cavæ, & venarum iliacarum compreſſio, hinc tumor crurum œdematoſus, inde varius crurum, item pudendorum tumor hydropicus, & pudendorum hæmorrhoides.

Nervi e medulla ſpinali oriundi diſtento utero preſſi; hinc artuum inferiorum ſtupor, crampus, ſpasmus; iſchias peculiaris, dolor, αναισθησια, paralyſis.

Pectus anguſtatum a diaphragmate ſurſum preſſo; inde aſthma gravidarum, & difficilis reſpiratio, hæmoptoe &c.

Maximam horum ſymptomatum partem mitigari tantum, raro tolli poſſe quisque intelligit, hinc venæ ſectio caute adminiſtretur, & nunquam ex ſola conſuetudine celebretur a), faſciis firmentur partes; alvus clyſmatibus aperta ſervetur, lenia purgantia, ſi ſint indicata, uti & ipſa emetica prudenti manu, & in ſumma tantum neceſſitate exhibita ne omittantur b), denique medicamen-

D 2

a) Ill. L. B. de Störk mediciniſch-praktiſch. Unterricht zweyter Theil p. 153.

b) Id. Ci. Auctor eod. oper.

mentis palliantibus unicuique ſymptomati accommodatis utatur medicus oportet.

De ſitu uteri perverſo.

Hoc loco peculiariter agendum de perdifficili quodam gravidarum morbo, & plerumque lethali, qui ab utero increſcente provenit inique ſito.

Deſcriptiones hujus morbi proſtant, ſed diſperſæ ita, ut is nondum ſit ſufficienter practicis cognitus, & ſæpenumero prætervideatur.

Morbos ab uteri malo ſitu oriundos *Hippocrates* noverat, etſi fortaſſe minus diſtincte, & hunc de quo modo ſermo eſt, omnino non; ait enim: uteri quocunque de ſede natali moti fuerint, morbos afferunt, ſive foras proceſſerint, ſive intus ceſſerint a).

Verum uteri ſitus an naturalis, vel vero præternaturalis fuerit, recte intelligi nequit, niſi prius ſciatur, quæ ſit pelvis conformatio, ſituſque. Non dabo anatomicam hujus receptaculi deſcriptionem; ſufficiat id noſſe, cavum hoc binas habere aperturas, ſuperiorem unam, atque alteram inferiorem; quod ſi per medium aperturæ ſuperioris lineam ita duceres, ut ea ſimul per medium aperturæ inferioris

a) Hippocr. de locis.

ris tranſiret, haberetur axis cavi, axis pelvis. Ponamus fœminam ſitu erecto, & ſtantem. In hoc ſitu, ſi axis pelvis produceretur ad terram usque, linea ita producta non eſſet perpendicularis ad horizontem, ſed inclinata ſub angulo graduum ſeptuaginta duorum. Axis hæc ſuperius prolongata non recta aſcenderet, ſed umbilicum contingeret.

Hinc imaginare tibi lineam ab umbilico fœminæ per medium ani ductam, & habebis pelvis directionem, ſitum, ſeu axim.

Nunc, ſi ſitus uteri naturalis ſit, axis uteri, ſeu linea a medio uteri fundo per medium ejus orificium ducta, coincidit cum axi pelvi.

Unde ſequitur uteri ſitum naturalem hunc eſſe, ut fundus ejus ſpectet umbilicum, & os uteri medium ani reſpiciat. Vagina vero per modum fragmenti circuli antrorſum inſeritur, & in pudendum externum deſinit.

Hanc axis uterinæ determinationem Rœdererus adcuratius præ aliis dedit in peculiari programmate.

Hunc ſitum uterus virgineus æque naturaliter obſervat, ut gravidus quocunque tempore graviditatis; is ipſe ſitus eſt, & hæc virium directio, in actuali partu.

Quod ſi uterus ab hoc ſitu recedat, quacunque ratione, inique ſitus, & dislocatus, di-

motus dicetur, unde aut partus difficiles oriuntur, aut impoſſibiles.

Multa exempla apud obſervatores proſtant uterorum dimotorum.

Uterus enim totus quantus mobilis eſt, nullibique firmatur, niſi qua parte in vaginam abit, hinc in pelvi oſſea, eaque ampliori, hinc inde facile nutat.

Videre nunc placet cauſas quasdam, quæ uterum a recto ſuo ſitu dimovere ſolent.

Hæ autem ſunt inteſtinum rectum, ejusque contenta, colon ſiniſtrum & ejus flexuræ, ſi hæc inteſtina multis fœcibus, flatu ſint repleta; veſica urinaria valde diſtenta.

Vel vero poteſt adeſſe mala uteri conformatio, quam obſervatores anatomici aliquoties in cadaverum ſectione deprehenderunt; uterus ex. gr. nimis alte locatus cum vagina valde elongata, ita ut uterus fuerit in abdomine potius, quam intra pelvim; pelvis oſſea nimis ampla, & nimis amplum ſpatium utero concedens; alterius lateris ligamenta breviora, alterius longiora; uteri ſcirrhus, aut alius quiscunque tumor gravis, ut inde uterus præ nimio & inæquali pondere a debito ſuo ſitu recedat; tumores in ovariis, tubis, in ipſa pelvi; ren prægrandis in pelvim delapſus, lien in pelvi, poſt febres intermittentes tumefactus; tumores omenti, meſenterii &c. repellunt, urgent, removent uterum a ſuo ſitu.

Gib-

Gibboſitas inæqualem, & male formatam pelvim facit, ita, ut in pelvi male inclinata uterum quoque male inclinari neceſſe ſit.

Cauſæ hæ commemoratæ, itemque aliæ quamplures prout uterum virgineum, & nondum diſtentum dimovent, ita dimovebunt eundem uterum diſtentum, & gravidum.

Quin imo, etſi uterus virgineus in ſuo naturali ſitu fuerit, is tamen gravidus factus a cauſis variis tum in eo, tum circa eum exiſtentibus, in omnes modos poteſt detorqueri, & ad iniquum ſitum redigi, ut aut moleſta graviditas, aut partus laborioſus, aut etiam partus immaturus, aut omnino lethalis inſequatur.

De una tantum iniqui ſitus ſpecie plerumque lethali, nondum inter practicos ſufficienter vulgata, ab expertiſſimo Huntero exhibita a) diſſerere propoſui. Evenit nempe, ut fundus uteri ſuperiora, atque umbilicum non ſpectet, ſed ut potius os ſacrum reſpiciat. Uterus ita gravidus effectus ex pelvi non aſcendet fundo prævio, ſed intra pelvim reſidebit, fundo oſſi ſacro fortiter adpreſſo, atque ita concreſcens uterus ſe ipſum in pelvi incarcerabit; vel vero fundus uteri quaſi inverſi anum & perinæum ſpectabit, illudque urgebit, ubi uteri cervix ſuperiora reſpicit, & ſupra marginem oſſium pubis aſſurget.

 Ve-

a) Anatom. uteri human. gravid. Tab. XX. Fig. I. II. III. IV.

Veſica urinaria, cervix, uretra comprimentur, & valide adprimentur ad oſſa pubis, ut nihil urinarum mitti poſſit; ipſa vero veſica urinaria aſſurgens alte, urina diſtenſiſſima eſſe ſolet, cujus inde crepatura a Cl. van Deventer obſervata eſt.

Inteſtinum rectum compreſſum ex toto, eliſumque ab utero diſtento ſeſe in pelvi incarcerante facit, ut inde alvus immedicabili modo ſuppreſſa ſit.

Neceſſaria eſt adcurata diagnoſis hujus morbi; ſunt autem ſigna diagnoſtica ſequentia: urinæ libertas ſucceſſive minor cum alvo magis magisque laborioſiore, ut tandem urina, & alvus penitus ſupprimantur; tumor durus, globoſus in fundo pelvis retro vaginam, ſeu inter hanc, & rectum inteſtinum; compreſſio recti, & vaginæ; nimia oris uterini altitudo. Oriuntur hæc tertio menſe, vel tertio cum dimidio.

Difficillimum erit alium utero ſitum conciliare. Tentatum eſt aliquoties, ſed irrito conatu. Morbus cum tunc naturæ committi prorſus non poſſit, requiritur dislocati reſtitutio, quæ fortaſſe tribus modis in principio, ante veram incarcerationem obtineri poteſt; ſcilicet primo ampliando pelvim magis, nempe ſpatium conciliando; ſecundo ſitu tali ægræ conciliato, ut uterus e pelvi proprio ſuo pondere in abdomen recidat; tertio admota manu, & utero retropulſo, retruſoque.

Uri-

Urina ad ſpatium pelvis ampliandum emittenda eſt cathetere, ſecus utero obſtat veſica, licet identidem aliquid urinæ transprimatur; hocque inutili, Hunterus veſicæ puncturam ſupra oſſa pubis ſuaſit, quod tamen difficillimum puto in tanta partium dislocatione.

Hunterus quoque, ut ſpatium in pelvi magis fiat, concluſit, ut per vaginam uterus acu triquetra pungatur, & amnii liquor emittatur, ut ſic utero collapſo aliquantulum urinis libertas detur, & ea data uterus ſitu ægræ, & adjutorio manuum poſſit reponi.

Tentari hæc & poſſunt, & debent, cum mors cæteroquin certa & matri, & fœtui immineat. Novimus vulnera veſicæ pungendo facta vix eſſe alicujus momenti; uterus vero, qui ſectionem ipſam Cæſaream ſubinde ſuffert, puncturam acu faciendam perpati absque magno diſcrimine poterit.

Ad pelvim ampliandam inteſtinum rectum quoque debet enematibus evacuari, & denique hunc in ſcopum, & ſimul ut urina cathetere emittatur, ipſa diſſectio ſymphyſeos oſſium pubis tentari fors bono cum ſucceſſu poſſet.

Corporis ſitum ſecundo loco poſuimus. Ægra deberet ita collocari, ut genubus, & ulnis inſiſteret, ſed in plano declivi, non horizontali, capite nempe, & humeris profunde inclinatis. Sic enim pondere proprio recidere ute-

rus in abdomen, etiam pelli poſſet, niſi jam ſit validiſſime incuneatus.

Tertium abſolvitur miniſterio manuum, ſi nempe digito in vaginam immiſſo hæc deorſum detrahatur, digitis vero duobus in anum immiſſis fundus uteri removeatur, & ſurſum urgeatur.

Quod ſi uterus ad finem quarti menſis manſerit incuneatus, repoſitio non niſi difficillime, aut omnino non peragitur, niſi utero minore effecto, atque contracto; hinc neceſſe erit, ut liquor amnii methodo ab Huntero propoſita educatur, aut abortus ſequatur, qui quidem ob perverſum ſitum difficillimus erit.

De Hæmorrhagiis Gravidarum.

Tertia morborum gravidas infeſtantium origo dicebatur in principio ſanguis exitum intempeſtive per uterum quærens. Conſiderabimus ergo hoc loco varios ſanguinis fluxus, nempe primo fluxum menſtruum gravidarum; ſecundo fluxum hæmorrhoidalem gravidarum; tertio fluxum ſanguinis abortum præcedentem.

Gravidis plerumque una adhuc poſt conceptionem vice catamenia, utut parcius, fluunt. Sunt quædam, quæ ultra medium graviditatis tempus fluxum menſtruum patiuntur, fœminæ nempe ſucco plenæ, & quæ plurimum ſanguinis conficiunt.

Vide-

Videtur tamen ſanguis menſtruus non ex utero, ſed ex vaſis vaginæ profundi.

Etſi per ſe nil mali portendat hic fluxus catameniorum, tamen cum ſignum ſit abundantiæ humorum, conſultius eſſet, aliquo ante conſuetam periodum menſtruam tempore, venam brachii tundere, cum orgasmus menſtruum fluxum præcedere, & comitari ſolitus, & major ſanguinis ad uterinum ſyſtema affluxus ſic prævertatur, & avertatur. Quod, ſi quædam gravida menſes patiatur, ſuaderi ſemper circa menſtruum tempus deberet quies, & refrigerans victus ratio; vitanda omnia animi pathemata, ne incitatior ſanguis ab alia quadam adventitia cauſa nexum placentæ cum utero ſolvat, & abortum efficiat.

Cavendum quoque, ne medicus ad gravidam vocatus catameniorum hunc fluxum pro fluxu habeat abortum præſagiente, & vanum gravidæ metum incutiat.

Diſtinguuntur autem catamenia ab alio fluxu per hoc: primo ſi fluxus hic nullam habet cauſam ejusmodi, quales infra narrabimus, quæ nempe abortum ſolent efficere; ſecundo ſi absque lumborum dolore, atque torminibus ſit, & absque conſueto parturientium periodico tenesmo, quamvis & menſtruantes, & abdomine doleant, & lumbis; tertio, ſi ſæpius gravida fuerit, & durante graviditate talem fluxum omni menſe paſſa ſit; & quarto denique, ſi regularis ſit fluxus, qualis menſium eſſe ſolet, vel impetuoſus, & periculum minitans.

In

In dubio caſu injungenda eſt quies ſumma, & decubitus; refrigerantibus emulſis, & venæ ſectione utendum.

Fluxus quoque hæmorrhoidalis gravidas exercet multis ex cauſis; vel enim olim jam erant hæmorrhoidibus obnoxiæ, vel iisdem cruciantur modo ab utero diſtento hæmorrhoidalia vaſa premente, vel ſunt hæmorrhoides ab alvo in gravidis plerumque dura difficilique. Hæmorrhoidibus his ani, vel etiam hæmorrhoidibus labiorum pudendi, & vaginæ plerumque ſolum palliative medemur, nempe enematibus oleoſis, item eccoproticis, magneſia &c.

Quod ſi talis hæmorrhoidum per vaginam fluxus abortivæ hæmorrhagiæ metum incuteret, ſedulo quærat medicus oportet, an conſuetudinalem fluxum per alvum jam ſæpius paſſa fuerit, an periodicum hoc reditus tempus ſit, an communibus hæmorrhoides concomitantibus ſtipetur ſymptomatibus.

Digito facta exploratio varices hæmorrhoidales in vagina deprehendens, hæmorrhagiæ ſpeciem clarius declarabit.

Fluxus ſanguinis aborientium majoris momenti eſt, & penſitatius disquirendus, eumque conſiderabimus ſub abortus compellatione, etſi initians ſanguinis fluxus non ſemper abortum efficiat, ſi nempe parcus is ſit, & cito ſiſtatur. Id tamen ſanguinis profluvium abortum or-

di-

ditur, & abortiendi præſens periculum adducit.

De Abortu.

Abortus eſt excluſio fœtus immaturi. Ante ſecundum menſem plurima equidem ovula excluſa pereunt, attamen nondum tamen dicitur abortus, cum ejusmodi ovuli excluſio absque magna adhuc moleſtia, & absque pariendi magno labore contingat, & excluſi nondum ſit ea evolutio, ut fœtum diſtincte dignoſcas.

Hinc a ſecundo menſe usque ad ſeptimum abortus dicitur; a ſeptimo menſe excluſi fœtus usque ad finem menſis noni dicuntur præmaturi, maturi autem, qui nono menſe conſummato, aut proxime ſaltem conſummando excluduntur.

Diſcrimen intra abortum, & partum præmaturum eſt hoc, quod fœtus abortu editus, ſeu immaturus vitam nulla ratione protrahere diu extra uterum matris, & in adultum hominem excreſcere poſſit.

Fœtus autem præmaturus, id eſt inter ſeptimum & nonum menſem editus, vitalis dicitur, ſeu potens vitam protrahendi, ſcilicet ſub conditione, ſi accedant requiſitæ cautelæ, & diligentia peculiaris.

Dantur tamen fœminæ, quæ fœtum vegetum, maturum ſeptimo menſe finito expellunt

lunt ex peculiari idioſyncraſia. Detegitur maturus, vel præmaturus fœtus variis modis, etiam pondere a).

Partus maturus incidit ordinarie inter trigeſimam octavam, & quadrageſimam ſeptimanam.

Partus ſeriores, ſeu poſt quadrageſimam ſeptimanam rariores ſunt, & tunc ſerotini dicuntur, ſeu tales, qui finito decimo menſe contingunt.

Exſtant certæ obſervationes partus undecimeſtris, & univerſim partus, qui quadrageſimam tertiam hebdomadam non ſuperat, ad naturales, utut ad rariores, tamen non ad rariſſimos partus pertinet.

Perquam rari ſunt duodecimeſtres. Cl. Rœdererus finito decimo tertio menſe ex parva parturiente fœtum grandem operatione Cæſarea extraxit.

Trideciméſtres ſolummodo duos idem Cl. Vir obſervavit inter centum & tredecim parturientes.

Fœtus liberarum ſex pondere cenſetur maturus.

Pondus maturorum etiam inter libras ſex, & octo incluſive eſt.

Sed

a) Conf. Plenk Princip. medicin. Forens.

Sed hæc in tranſitu dicta ſint, cum uberius pertractanda veniant in medicina forenſi. Nos ad abortum, & ejus cauſas redimus.

Abortus plerumque fit tertio menſe, at fieri etiam ſemper poteſt.

Cauſa proxima abortus eſt præmatura placentæ ſolutio vel ex toto, vel pro parte ab interna uteri ſuperficie.

Quidquid jam hanc placentæ ſeparationem efficere valet, erit cauſa abortus.

Hæ autem cauſæ, quæ ovi ſeparationem ab utero tollere, vel depravare poſſunt & ſolent hunc nexum, ferme ſunt infinitæ.

Diverſas cauſarum claſſes condere juvat, quarum prima continebit cauſas in viro ejusque ſemine poſitas; ſecunda cauſas in matre; tertia cauſas in fœtu; quarta cauſas quascunque externas in matrem & fœtum agentes.

Hic pertinet ſemen viri depravatum, lue contaminatum; viri venere, morbis, &c. exhauſti, unde certe debile germen, & fœtus tali de ſemine prognatus ad maturitatem vix perveniet; hinc abortus cauſa non ſemper in matre quærenda eſt, non ſemper matribus medicina fieri debet contra ex. gr. habitualem abortum, cum & genitor non raro poſſit incuſari.

Aliæ cauſæ in matre reperiendæ ſunt, ſcilicet impotentia uteri ſeſe ultra certum terminum extendendi; probabilis hæc cauſa eſt, ſi fœmina bis, terve eodem tempore graviditatis abortum patiatur, neque antea grandiorem fœtum enixa ſit; debilitas, laxitasque totius corporis, ejusdemque ætas nimis tenera a); irritabilitas nimia; febres variæ acutæ; plethora vera, ſeu copia ſanguinis reapſe major, quam quæ vaſis poſſit apte contineri; plethora ſpuria, quæ molem humorum utpote rarefactorum majorem ſolum mentitur, in orgasmo ab ira, vino, ſaltu, &c.; plethora ad ſpatium, ſi nempe manente eadem humorum quantitate, ipſum ſpatium venoſum, & arterioſum arctetur, & anguſtius reddatur, uti fit terrore, frigore magno ſubitaneo &c.; hinc ſi diuturnum & auſtrinum teporem hyemalem excipiat frigus magnum, ſiccum, boreale, abortus erunt multi; plethora topica ſyſtematis nempe uterini in ſpasmis a variis animi pathematibus, vel & aliis cauſis, a pediluviis, balneis emenagogis, & ſtimulantibus; omnia emenagoga, ſcilicet abortiva præcipue, ſi ſumantur circa tempus alias menſtruum; morbi uteri varii ex. gr. fluor albus diuturnus, prolapſus uteri, vaginæ, cancer, abſceſſus, polypus, hydrops uteri; veſicæ urinariæ varii morbi, uti calculi, iſchuria, ſtranguria; alvus dura, & colon diſtentum duris fæcibus, unde uteri expanſio, & libertas præpedita; hæmorhoides, & inde nata colica hæmorrhoidalis, fiſtulæ ani, prolapſus ani, teneſmi, dyſenteria, diarrhæa

a) Aph. Hipp. Sect. 5. aphor. 44.

hæc exhauriens a); vomitus ſi modo violenti ſint, & diuturni; excipiuntur tamen vomitiones illæ primorum menſium, quæ tamen raro ultra quartum menſem extenduntur; aliquando tamen ultimo graviditatis menſe vomitus oritur, ſed ab utero ipſum ventriculi fundum urgente, ſollicitante; tuſſis difficilis, longa, convulſiva; morbi varii convulſivi ad ipſam usque epilepſiam (habentur enim exempla fœtuum ſub epileptico paroxiſmo excluſorum) hydrops varius &c.

Jure meritiſſimo inter cauſas abortus numeratur excretio lactis nimia, ſive hoc fiat lactatione, ſive ſponte; contingit ſubinde, ut nutrix clanculum concipiat, aut vero, ut mater propriam prolem lactans iterum gravida fiat; ablactari tunc infans debet, ne & lactanti, & fœtui detrimentum inferatur.

In fœtu abortus cauſſæ nonnunquam reperiuntur; monſtroſa magnitudo, gemini, trigemini, hydrocephalus, hydropicus, aſciticus, convulſus, mortuus.

Sola magnitudo fœtus utut non monſtroſi in matre parvula; nimii motus fœtus, vitia varia ſecundinarum; funiculi nimia longitudo, aut nimia brevitas; hydatides, ſteotomata, hydropes, ulcera, ſcirrhi, & variæ funiculi umbilicalis, aut ſecundinarum degenerationes.

Ab-

a) Aphor. Hippocr. Sect. V.

Aberrationes placentæ a ſua conſueta ſede, ſi videlicet placenta orificio uterino ſuperextenſa ſit; nam utero grandeſcente, & uteri cervice, ac ore diſtracto neceſſe eſt, ut ſuperextenſa placenta pariter diſtrahatur, & tunc inde ejus nexus ſolvatur. Sequetur ergo tunc hæmorrhagia lenta, initio parca, frequenter repetens, & intenſior identidem, circa ultimos præcipue menſes major, prima autem vice apparens menſe ſeptimo, tandem profuſa. Non quidem ſemper abortus ſequitur, ſi placenta ori uterino ſuperextenſa ſit; ſunt enim quædam, quæ legitimo nihilominus tempore pariunt, verumtamen quandocunque pariunt, erit ſemper is partus cum inſigni & ſæpe lethali ſanguinis jactura, aut hæmorrhagia conjunctus.

Dignoſcitur hæc hæmorrhagia ab obtenſa ori uterino placenta oriundo ab aliis hæmorrhagiæ ſpeciebus per has qualitates, quas ſupra recenſui, præterea etiam per hoc, quod in hac ſpecie hæmorrhagiæ ſub ipſis pariendi doloribus ſanguis profluat copioſus, ubi econtra in aliis hæmorrhagiæ ſpeciebus ſub actuali parturiendi conatu nil profluit.

Optima diagnoſis, an nempe hæmorrhagia oritur a placenta prævia, & ori uterino ſuperextenſa, an vero aliunde, optima inquam diagnoſis habetur ex ipſa exploratione manu inſtituta, quo modo placentam præviam a membranis ovi facile diſtinguimus.

Hæ-

Hæmorrhagiam hanc initiantem ante tempus pariendi obſervatam ad aliquot dies & ſeptimanas quies ſolatur, & ſuſpendit, itemque venæ ſectio, & refrigerans victus, & medicina; at vero aliquantum progreſſam nihil ſiſtit, niſi uteri evacuatio accelerata; hinc tunc oportet prompte immiſſa manu placentam præviam ſolvere aut perforare, & verſum infantem arreptis pedibus extrahere.

Hoc placentæ vitium, & inde natas periculoſas hæmorrhagias primus adcurate deſcripſit Cel. *Levret* a).

Alias abortus cauſa eſſe ſolet hydrops ovi, ſeu aqua inter membranam utramque collecta, & nimia earundem membranarum tenuitas.

Ad cauſas abortus pertinet quoque aër, & ejus nimiæ viciſſitudines; ſi poſt mollem, tepidam, & auſtrinam hyemem, ver ſiccum, & frigidum ſequatur, ipſo teſte *Hippocrate* frequens abortus erit; hinc vel nos in noſocomio epidemicos abortus vidimus certis annis, & annorum conſtitutionibus.

Motus, nixus validi, elevationes ſubitæ brachiorum, vectiones ſupra ſtrata viarum, ſaltus &c. vulnera, lapſus, ictus.

a) L'art des accouchements.

Veſtimenta nimis arcta, uti e. g. thoraculi in iis maxime, quæ clandeſtinam graviditatem celare conantur.

Nimia venus etiam tempore graviditatis, quæ certe eo in ſtatu exulare penitus deberet, & hanc abortiendi proclivitatem plurimum auget.

Quoad prognoſim tenendum primo, quod abortus primis menſibus ſint minus periculoſi; ſecundo, hoc tempore raro quædam pereat hæmorhagia uterina, hinc non ita trepitandum fluente ſanguine; tertio, quod ante quintum menſem, ſi remedia interna & quies, & venæ ſectio, item epithemata actu frigida ad pubem, ad pudenda non juvent, manus obſtetricia ſit inutilis; ſolum hoc fieri poteſt, ut fœtus jam ſolutus, ſed hærens in ore uterino, aut in vagina, obſtetricis manu eximatur, verum verſioni, aut alii cuidam operationi obſtetriciæ, ob uterum hoc tempore nondum ſufficienter dilatatum, locus non erit; quarto, quod ſi contingat, ut, fœtu dudum expulſo, ſecundinæ diu remaneant, & univerſim diutius maneant poſt abortum, quam poſt partum, quo in caſu ante quintum menſem neque extrahi debent, nec etiam poſſunt, neque remediis ullis pellentibus, ſeu Εκβολικοις urgendæ, ſed tranquille erit expectandum; poſt ſextum vero menſem extrahi quoque non debent, poſſunt tamen juvari immiſſa manu; quinto, quo ſerior abortus, eo erit pro matre periculoſior ob majorem ſcilicet tunc hæmorrhagiam; ſexto, periculoſus abortus per abortiva procuratus, quia non ſequitur, niſi poſt validam validi remedii actionem; dantur exempla letha-

ſthalia, ubi fœtu vix excluſo matres periere, poſtquam draſticis, vitrioli cupri, infuſo ſabinæ ſibi vomitum, aut menſes ciebant; una enim periit rupta veſicula fellea per vomitus aſſiduos, alia ex hepatitide, alia ex vomitu non compeſcendo per ſex ſeptimanas durante, & emaciante; ſeptimo, abortus ſcorbuticarum, languidarum, debilium periculoſi; octavo, periculoſus ex placenta prævia oſculo uterino ſuperextenſa; nono, quod abortus facile fiat habitualis; decimo, abortus putrida febri laborantium, item dyſenteria, vix præcavetur; male hinc eſt intellectus *Hippocr.* de dyſenteria gravidis ſalutari; undecimo abortus nondum habitualis, & initians adhuc, ſanguine nondum, aut pauco viſo, ex cauſa tranſitoria, in corpore cæteroquin bono, cito adhibita exquiſita medela, frequenter ſiſtatur; duodecimo, aſt ſi adſint veri dolores partus, frequentius de tempore in tempus recurrentes, vix inhibeantur abortus; decimo tertio, quod facilius præpediatur inſtans abortus ore uterino adhuc clauſo, duro, ſtricto, quam hiante, molli, laxo; decimo quarto, hæmorrhois ani, vel vaginæ, vel labii pudendorum, orto ſimul dolore lumborum, & colico, abortum mentiatur inſtantem, quem ideo fœminæ ſæpe timent, is tamen error magnus haud eſt; juvat emulſum, quies, oleoſum enema absque ullo prorſus ſtimulo; decimo quinto, quæ fluore diuturno laborant procliviores ſint in abortum; decimo ſexto, quæ menſes patiuntur profuſiores, facilius abortiantur; decimo ſeptimo, venæ ſectio frequens abortum invitet.

Signa abortus ſunt ſequentia : primo mammæ extenuari incipientes lac aquoſum fundunt a); ſecundo latera arcta, & venter ſupremus anguſtatus; tertio abolita fœtus ſeſe moventis ſenſatio cum laſſitudine; quarto horror, frigus, & ſubſequentes dolores lumborum, abdominis, ad inguina cum teneſmo; quinto oſculum uteri humidum, mollius, hians, poſt quemlibet dolorem magis apertum b), aquam, ſerum rubellum ſanguinem fundens; abortu tamen primis quadraginta diebus, ubi ſæpiſſime fiunt teſte *Hippocr.* ſunt absque hæmorrhagia; tertio autem menſe multum ſanguinis perditur.

Inquirendum primo eſt in cauſam illam, quæ nexum placentæ tollere conatur; illa, ſi adhuc adſit, removenda erit, qua remota res omnis non raro feliciter cedit; hinc ex. gr. veſtes adſtrictæ ſolvendæ, plethora minuenda &c.; (juvat ergo, ut medicus mente teneat pleraſque cauſas abortus); ſecundo quies, & decubitus horizontalis ſemper in quacunque cauſa imperandus; tertio urgentioribus ſymptomatibus ab illa cauſa remota prodeuntibus ſuccurrendum; cum autem hæc ſymptomata diverſiſſima ſint, patet, etiam ipſam methodum diverſam eſſe debere.

Quædam hic referam, ut eluceſcat, quid alibi fieri oporteat, ſi aliæ etiam cauſæ, & cau-

ſa.

a) Aphor. Hippocr. Sect. V.

b) Ill. Præſes Noſter L. B. de Störk medic. prakt. Unterricht, 2ter Th. p. 159.

ſarum effectus adfuerint; ex. gr. in inſtante abortu a febre optimum remedium ad præcavendum abortum id ipſum quod febrim tollit, eſt; in febre nempe inflammatoria, pleuriticaque venæ ſectio.

In valido impactu in abdomen gravidæ ea proderunt ad abortum præcavendum, quæ magis contuſionibus medentur, ſcilicet venæ ſectio, emollientia tepida, potus tepidi emollientes, diſcutientes ad locum ſugillatum; nocerent autem omnia alia.

In abortu inſtante ab acri inteſtina irritante, colica &c. conveniunt mucilagines, oleoſa &c.

Ab æſtu nimio humorum rarefactorum proderit poſt phlebotomiam frigidum epithema ex poſca.

A ſpasmis hyſtericis, terrore, juvabunt antihyſterica, caſtoreum, fœtida ore aſſumpta, per modum ſcuti adplicata ventriculo, abdomini, aut more quorumdam ad lumbos; reliqua autem ſic dicta retrahentia emplaſtra diſpenſatoriorum antiquorum ſunt ridicula.

Quod ſi vero dolores veri pariendi adſint, fiant intenſiores, crebriores, ore uteri magis magisque dilatato poſt ſingulos dolorum aſſultus, abortus præcaveri non amplius poteſt; tum duplex hic conditio obtinet, vel enim adeſt hæmorrhagia ſtricte ſic dicta, & major ſanguinis jactura,

quam ſoleat fieri inſtante partu, vel vero omnia ita procedunt, utut id obſervamus in legitimo partu. In primo caſu, ubi ſcilicet non nimium ſanguinis perditur, id quod ſcire poſſumus uſu, inſpectis linteaminibus, optime vero teſtimonio ipſius ægræ, ſi ea jam ſæpius peperit, vel vero aſſertione obſtetricis probe exercitatæ, totum negotium naturæ committimus dando non valida, non ſtimulantia, ſed innocentia quædam, injiciendo clyſma leniter ſtimulans; at vero in altero caſu, ubi magna eſt hæmorrhagia, uterus cito debet evacuari, manu obſtetricante fœtu verſo, perque pedes extracto. Sexto menſe & reliquis id fieri poteſt, non autem citius, quod quidem neque opus eſt, cum hæmorrhagiæ ante quintum, aut ante initium ſaltem menſis ſexti longæ quidem eſſe poſſint, ſed nec tumultuariæ nec largæ; jacturam enim ſanguinis multo facilius toleramus ſi fiat pedetentim, quám ſi eadem quantitas, aut etiam minor ſimul quaſi & ſemel profundatur.

Patet ex his omnibus male in omni abortu adhiberi ſemper eandem methodum; male ſemper & venam ſecari, & adſtringentia, & opium (in abſentia ſolum febris, & animi quodam graviori affectu indicatum) propinari, & frigidum acetum pubi, & pudendis imponi; etſi enim hæc bona ſint, tamen ſolummodo certis præſuppoſitis cauſis opem ferunt, & indicantur.

Quamvis multæ dentur fœminæ, quæ etiam poſt aſſumpta draſtica non abortiuntur, aliæ tamen adeo facile abortum patiuntur, ut is in conſuetudinem abeat.

Hu-

Hujus cauſæ ſunt eæ ipſæ; quas ſupra retulimus; celebriores tamen obſervantur: primo atonia uteri a frequenti jam graviditate, a longo fluore albo; ſecundo diſpoſitio hæreditaria; tertio morbus hyſtericus, cum frequenter animi pathemata abortum cauſent; quarto uterus ad certum ſolummodo gradum extenſibilis; quinto venus immoderata, & muliebris onania.

Talis abortus cauſam dignoſcere, huncque præcavere perſæpe difficile; obſervatur enim non infrequenter in fœminis, quas ex externa apparentia non ſolum, verum & poſt ſedulum examen, optima fruentes ſanitate judicares.

Cura inſtante abortu eadem eſt, quam antea retuli, at vero omnis opera danda eſt primo extra tempus graviditatis ad tollendam hanc malam diſpoſitionem; ſecundo paulo ante illud tempus in graviditate, quo alias ſolebant abortus fieri.

Hinc extra graviditatem morboſa omnia tollenda, & cum plerumque laxitas, ac atonia peccet, conſtat, roborantia, martialia tanti uſus eſſe; ſic in fœminis ex. gr. debilibus, hyſtericis habitualis abortus præcaveri ſubinde poteſt, ſi ſecundo, aut tertio graviditatis menſe dentur longo uſu, & moderata doſi, roborantia, uti peruvianus cortex, martialia &c. a); imo tali in caſu ſolum foliorum aurantiorum infuſum bis de die

 ad

a) Ill. L. B. de Störk Mediz. prakt. Unterr. 2ter Th. p. 61.

ad partus tempus usque ſumptum juvaſſe expertus eſt Ill. L. B. de *Störk* a). Ante illud tempus, quo alias ſolebat abortus fieri, vitandæ excitantes cauſæ ſunt, veſtitus arctior, venæ ſectiones intempeſtivæ, venus omnis, motus nimius, ſaltus, inceſſus per loca glacie obducta, rixæ &c.

Cæterum, quæ faciles ſunt in abortum ſequentia obſervent; primo vitent vehementes motus, elevationes ponderum; ſecundo hominum concurſus, ne a turba irruente lædantur, comprimantur; tertio ſpectacula, quæ animum valde commovent, vias ob glaciem lubricas; hinc hyeme domi ſe contineant, non videant epilepticos, juſtificatos, funambulones; quarto non narrentur mortes puerperarum, triſtes nuntii, venæ ſectiones non inſtituant medico non conſulto, thoraculi, Schnürbrüſte, deponantur.

De gravidarum ſymptomatibus a fœtu ipſo, a pravis conſuetudinibus matrum, & ab illarum corporis ſtructura ortis.

Inter morborum in gravidis fontes enumerabatur quarto ipſe fœtus, utpote valde motus, convulſus, mortuus, ejusdemque ſitus iniquus, tubarius, ovarius, abdominalis.

Major enim motus fœtus cauſat moleſtam ſenſationem, incipientem lypothymiam; convulſus

a) Idem eod. oper. p. 162.

ſus poteſt quoque uterum in conſenſum trahere, quin in abortum cieri hoc motu fœtus poterit.

Fœtus mortuus an morbos & quales inducat diſputatur. Ajunt plerique ſeculi prioris medici, fœtum mortuum putreſcere, putredinem vivo matris corpori inim cam varias affectiones producere, faciem plumbeam, oculos lividos, refugientes intra orbitam, cordis palpitationem, ſpirationem difficilem, fœtentem, capitis dolorem, oculorum caliginem, aurium tinnitum, febrim lentam, ac deliquia; verumtamen hæc mala primo in gravidis non notantur, ſecundo fœtus in utero non putreſcit. Obſervantur fœtus nono menſe nati, ex quorum conſtitutione, & habitu, mole parvula, rugoſitate, contractione patet, hos tales jam a ſexto, aut ſeptimo omnino menſe mortuos fuiſſe, nihilominus nullum prorſus veſtigium adparet putredinis, vel nullum in matre incommodum, quin imo gemelli naſcuntur, quorum alter toroſus eſt, & vegetus, alter vero dudum mortuus. Subinde hi fœtus maturi indurantur, & naſcuntur ferme lapidei, ſeu lithopædion. Nonnunquam fœtus maceratus amnii liquore reſolvitur absque tamen putredinis nota.

Aër excluſus, cujus liber acceſſus omnino eſt neceſſarius ad putredinem producendam, ratio eſt, cur fœtus in utero non putreſcat.

Hinc talia non ſunt expectanda ſigna, ut judicetur, an vivus, an mortuus ſit fœtus, ſed ſi fœmina jam multo abhinc tempore nullum advertat motum, qui tamen antea validus, & conti-

tinuus fuiſſet; ſi circa infimam abdominis partem inſolitum grave pondus nunc in una, nunc in altera ſentiat parte; prouti corporis ſitus eſt, tuto prædici poteſt, mortuum eſſe fœtum a).

Nihilominus morbos ſtatuimus ipſimet a fœtu mortuo, tunc ſcilicet, ſi velamenta embrionis, ſeu membranæ fœtus quacunque ex cauſa ruptæ ſint, & aër externus hac ratione acceſſum habeat ad fœtum; tunc etiam cito expediri excluſio fœtus debet, ni velis, ut omnia brevi putreſcant, & uterus, & reliquum matris corpus mala ſufferat prioribus multa pejora.

Fœtus inique ſitus modo hanc, modo illam partem validius premit, hinc dolor in loco preſſo, & incommodum illi parti preſſæ conveniens, ſcilicet dyſuria, iſchuria, ſi veſica, alvus laborioſa, ſi inteſtinum, ſtupor, immobilitas cruris, femorisque, ſi nervus comprimatur.

Fœtus tubarius, ovarius &c. Ordinarium fœtus domicilium eſt uterus. Nullæ extant obſervationes certæ fœtuum in tuba alterutra, vel vero in ovario conceptorum, & creſcentium ad plenam usque evolutionem.

Referam hic pauca quædam, quæ ab auctoribus quibusdam obſervata fuerunt. In ovario

a) Ill. L. B. de Störk medic. prakt. Unterricht, 2ter Th. p. 162.

rio conceptum fuiſſe fœtum legitur a); ovarium hoc a creſcente fœtu rumpebatur, qui una cum copioſo ſanguine in abdomen effundebatur, tubis & utero illæſis. Habetur exemplum fœtus alterius in ovario concepti, & aucti, qui ruptis membranis in abdomen lapſus eſt, & orto abſceſſu ingenti inteſtini recti per matris anum exitum invenit. Viſus fuit b) fœtus tubarius, ſeu in tuba Fallopiana creſcens, quæ a fœtu diſtenta, dein vero rupta ſanguinem in abdomen effudit, & primo convulſiones, deinde vero mortem intulit. Habentur hiſtoriæ fœtuum in abdomine contentorum extra uterum, tubas, ovaria, ut, orto ad umbilicum apoſtemate, oſſa fœtus prodiverint. Item longiſſimo tempore nonnunquam fœtus intra abdomen concluſus manſit, ut interea fœmina alios fœtus ediderit uterinos.

Obſervatus fuit c) fœtus in abdomine receptus ſine involucris, funiculo umbilicali per tubam Fallopianam in uterum protenſo, ibique ſecundinis inſerto. Erat hic fœtus ſine amnii liquore, & tamen pervenit ad juſtam molem; hinc illorum ſententia ruit, qui hoc liquore fœtum exiſtimant nutriri; ſecundo hinc quoque ſequitur, ovula in ovariis fœcundari jam, non primum in utero.

Mors

a) In Philoſophicis tranſactionibus.

b) Valiisnerio.

c) A Cl. Bartholom. Patuna.

Mors plerumque a tali partu extra uterum nato obſervata eſt; rariores enim ſunt illi caſus, ubi orto apoſtemate fœtus alicubi prodit. Sectio Cæſarea hic vere, & unice indicatur, dummodo certa habeantur ſigna fœtus ejusmodi extra uterum exiſtentis.

Motus validiores ex dictis matri incommodum inferunt. Veteres æque, ac recentiores ſtatuunt, fœtum verti, verumtamen ex inciſis gravidarum uteris conſtat, fœtum ſemper prævio capite eſſe in ſitu naturali, nam primo caput ſemper eſt gravius; ſecundo exploratio docet caput prævium eſſe ante illud tempus circumvolutionis, tertio obſervationes anatomicæ id monſtrant; quarto docent & fœtus immaturi prævio capite excluſi, gemelli, monſtra.

Placenta non in uteri fundo adnexa, item ſcirrhoſa, hydropica incommoda multa creat.

Liquor amnii nimius abdomen nimis diſtendens.

Quinta origo morborum in gravidis eſt victus ratio, & regimen, nempe veſtitus, thoraculi, Strickröcke, calcei, ſaltus, medicatio, venus.

Sexto loco morbi oriuntur in gravidis ob partes quasdam peculiariter affectas; ſcilicet primo morbi mammarum, ubi quinto, aut ſexto menſe lac conficiunt; plerumque id pedetentim fit, nonnunquam tamen etiam repente, ut poſt partum

ſum id fieri ſolet; obſervantur enim mammæ tumentes, dolentesque ex tali lactis copia orta tempore graviditatis. Rarior quidem hic morbus eſt, attamen exiſtit.

Secundo morbi pudendorum, eorum œdema, ſuffuſio ſanguinea, livorque, varices. Oedema & ſuffuſio aqua calcis, aqua aluminoſa, ſaturnina, aut aqua roſarum cum aceto lythargyrii lavantur, uti & varices, quæ ſubinde rumpuntur; ſubinde cataplaſma diſcutiens ex vino paratum, vinum herbis aromaticis affuſum cum ſale ammoniaco juvat. Raro in œdemate ſcarificatio neceſſaria eſt, ſed ſi indicetur, fiat per breviculas inciſiones, ex quibus plerumque tamen parvum levaminis habetur.

Tertio alvi moroſitas oleoſis clyſmatibus, magneſia muriæ movenda; abſint irritantia enemata, aut ſaltem caute.

Inſtante abortu abſit enema vel leviſſime ſtimulans, raro quoque oleoſum prodeſt.

Hæmorrhois proſtans ani aceto ſaturnino, unguento ſaturnino, aqua calcis, aqua frigida, ſpongiola, vino rubro, ſalviæ decocto imbuta reprimitur; verum hæmorrhoides inflammatæ ſemper emollientia petunt; inflammationem autem deſumes ex ardore, doloreque continuo, & pulſante, non enim ſufficit quilibet dolor.

Ve-

Veſicam crebro exonerent, ſubinde abdomine elevato, & ſuſtentato, ſubinde cubantes in dorſum.

Crurum oedema ſibi committendum, uti etiam varices; attamen ſi œdema magnum, varices magni, metusque rupturæ eſſet, prodeſt faſciatio a pedis digitis incipiendo, faſcia duorum digitorum transverſorum ſine fimbria, prodeſt præcipue talis faſciatio ſub partus doloribus; tempore puerperii plerumque oedema ceſſat, aut facile ſanatur ſuffitu, frictione &c.

Parturientium morbi; de cauſis horum morborum, & de quibusdam parturientium ſymptomatibus.

Pervenimus ad morbos parturientium, qui ſcilicet proveniunt ab ipſo inſtante, aut præſente partu. Sunt quidam horum morborum ſolis parturientibus proprii, alii vero etiam ad alias fœminas non gravidas pertinent.

Univerſim triplex morborum in parturientibus occurrentium fons eſt; ſcilicet vel oriuntur hi morbi primo a matre, ejusque diverſa conſtitutione; ſecundo vel vero a fœtu; vel demum tertio ab obſtetrice, vel obſtetricante, & perverſa ejusdem praxi.

Videamus morbos ab ipſa matre non bene conſtituta provenientes. Primus ergo parturientium morbus eſt defectus dolorum ad partum requi-

quiſitorum. Hujus cauſæ ſunt, primo univerſalis debilitas, quamvis hæc rarius accuſari poſſit, cum viſæ fuerint ſæpe agoniſantes fœtum excludere; imo mortuæ quoque matres tantam ſubinde uteri vim elaſticam retinuerunt, ut fœtus protruſus in lucem fuerit. Nihilominus debilitas univerſalis admodum confert ad partum retardandum. Secundo dolores parturientium voluntarie inhibiti. Inhiberi ſemper, & penitus non poſſunt, præcipue ultimi, ſeu decretorii, poſſunt tamen ſuſpendi, adjuvari, uti in exoneranda veſica, alvo &c. Tertio uteri atonia ob nimiam diſtenſionem a fœtu, aquis &c.

Cur autem proxima cauſa dolorum partus ignoretur, ſaltem ea, quæ a Phyſiologis dicuntur, non videantur ſufficere, nequit determinari, unde defectus dolorum requiſitorum proveniat.

Dolorum abſentia a nimia matris debilitate ſi adſit, cardiacis, vino, cinnamomo indiget.

Si voluntas deficiat in irritabili primipera, dolores nixu elaborare nondum inſtructa, conſiliis, inſtructione, minis dolores excitabis.

In atonia uteri frictiones abdominis, clyſmata, levis oris uteri irritatio indicantur.

Præter hunc defectum alii quoque parturientium dantur morbi, morborum ſymptomata.

Solennior affectio parturientiur
ſub nomine dolorum ſpuriorum ven
prius, quid ſint dolores veri; nempe
rifici & teneſmoidei fœtum exprimen
ſeu dolores a lumbis orti ad umbili
ad uterum pergentes cum teneſmo fo
di, periodice recurrentes; ſpurii ve
ferunt ſpaſmodicam, vagam, inordi
fœtus promotione.

Cauſæ ſpuriorum ſunt hyſteria,
tas major, plethora, metus ex con
rum, ex periculo propoſito &c. T
ſectionibus, caſtoreatis, opio &c. en

Tertio loco memoranda veniu
ta multa ſub partu contingentia, ut
de ſæviſſimi, iſchias, rheumatiſmi,
vomitus, convulſiones, epilepſia ſub
tibus, apoplexia in plethoricis, coll
trorſum vi adocto, forti inſufflatione
laboribus, & imprimis a vino, p
Dolorum ſævities in ſenſibiliori, dol
nimium in partu difficili, lento, impo
hi pectoris, reſpiratio difficilis, p
hæmoptoë, rupturæ varicum ani, c
dorum. Febris major, aut minor
parturiente, ubi ſubinde validi, &

o(⁀)o(⁀)o

fluxu lochiorum) levi ſuppuratione orta ſan
ruptura autem totius perinæi etiam curatur, t
difficilius, & ſubinde omnino non, ſi tam al
datur inteſtinum, ut fæcum oriatur incontin
Hæmorrhagiæ variæ a variis cauſis in ipſo p
aut ſtatim poſt eum. Uteri prolapſus, ple
verſio, & mors, niſi mox reponatur.

Patet ex his innumera fere eſſe ſympto
quæ fœminæ ſub partu contingere poſſunt,
que ex dictis intelligitur, quænam ex his pa
tibus ſint tractanda, ſcilicet, quæ partu ex
per ſe ſanantur, quinam morbi citam fœtus e
ſionem petant, utpote mortem alias inferente
quænam Medico, quinam Chirurgo, partu
ſuto remaneant adhuc curandi.

De partu difficili.

Inter parturientium morbos venit quart
partus difficilis conſiderandus. Hic inſeri d
ars obſtetricia, quam utpote ab expertiſſimis
artis magiſtris abunde explicatam tuto neglig
Solummodo ſtrictim pleraſque difficilis partus
ſas recenſebimus, quæ vel ex parte matris

ſint, niſi præſente cauſa doloris parturiens ab eo non afficiatur, quo in caſu dixerat *Hipp.* a); qui aliqua parte corporis dolentes ut plurimum dolorem non ſentiunt, illis mens laborat.

Partum difficilem multi definivere, quod ſit excluſio fœtus cum magna moleſtia, unacum periculo matris, vel fœtus, vel utriusque b); aſt plurimæ difficulter pariunt, utut non tantum periculi matri, aut fœtui immineat; periculoſus enim partus cum difficili confundendus non eſt.

Alii aliam dedere definitionem, ſed infirmam, cum limites facilem inter, & difficilem partum difficulter noſcantur.

Omnium optime difficilem definivit partum Ill. L. B. *de Störk* c) dicens illum eſſe, qui vel majores naturalibus dolores creat, aut qui ſine auxilio obſtetricis fieri non poteſt.

Cauſæ ex parte matris ſunt ſyſtematis genitalis tam interni, quam externi prava conformatio, ex. gr. anguſtia præternaturalis, atreſia, prolapſus, ſcirrhi, tumores vaginæ, ſiccitas, inflammatio, ulceratio, cicatrix &c.

Par-

a) Sect. 2. Aphor. 6. p. 47.

b) Conf. Ill. L. B. van Swieten Comment in Boerh. §. 1310.

c) Diſſ. de concept. part. natur. difficil. & præternatur. p. 26.

Partes vicinæ huic ſyſtemati partum ſubinde reddunt laborioſum, herniæ, veſica lotio plena, fæces multæ in inteſtinis, hæmorrhoides dolentes, perinæi ſuperius commemorata tenacitas, fors quod olim ruptum, nunc nudoſam & duram fecerit cicatricem.

Pelvis regularis, ſed nimis arcta in vix nubilibus, iisque, quæ ad plenum corporis augmentum nondum devenerunt; pelvis varie defigurata, ligamenta pelvis ſacroiſchiatica nimium robuſta, rigidaque, ut quæ cedere aliquantum debent, quod vitium adeſt in primiparis annoſis.

Uterus a ſuo ſitu dimotus, quem ante ita deſcripſimus, quod ſcilicet ejus axis a medio fundi ad os uteri ducta, & utrinque producta hinc umbilicum, illinc anum debeat contingere.

Ex parte fœtus ejus nimia magnitudo, caput monſtroſum, hydrocephalon; alia quoque pars prægrandis; moles ejus abſolute nimia, vel etiam relative.

Situs fœtus iniquus, qui ſummopere variare poteſt. Doctrina de iniquo hoc ſitu, & modo eum corrigendi omnem fere obſtetricantium ſcientiam complectitur.

Morbi fœtus varii, abdomen hydropicum, tympanitis, excreſcentiæ, monſtroſa fabrica; fœtus plura capita habens, corpora plura fœtuum connatorum, confuſorum in unam molem, fœtus ultra legitimum tempus remanentes, & partu ſe-

ſerotino excluſi ; gemini, trigemini uterum diſtendentes; vitia membranarum ovi, nempe tenacitas, aut earum teneritudo nimia.

Ex parte obſtetricis labor præmaturus, ſtimulantia, metus injectus, inepta verſio, rudis adplicatio inſtrumentorum &c.

De Hæmorhagiis.

Agendum reſtat quinto & ultimo de hæmorrhagiis, quas penſitatius hic pertractabimus; gravem nempe materiam, & ſcitu ſummopere neceſſariam, cum & frequentiſſimæ ſint, & cito interimant, & hoc ipſo promptiſſimam medelam requirant, quæ tamen difficilis ſæpe eſt ob ipſam cauſarum multiplicium diverſitatem.

Omnis ferme uteri hæmorrhagia oritur a patulis vaſis, iisque plerumque valde amplis, ſi eorundem vaſorum conſtrictio undequaque impediatur, aut non ſuccedat.

Hæmorrhagiæ quædam ſub ipſo partu contingunt, non confundendæ cum ordinario ſanguinis ſtillicidio, & ſub partu præſente.

Ante & ſub partu fit hæmorrhagia primo ob placentam præviam, & oſculo uteri ſuperextenſam; ſecundo ob præmaturam placentæ ſeparationem, fœtu nempe nondum excluſo.

Ma-

Maturius autem hæc ſolvitur, primo ob cohæſionem minus firmam; ſecundo ob funiculum nimis brevem, collo circumflexum; tertio, ob avulſionem partialem placentæ; quarto, ob abruptum funiculum; quinto, ob uteri rupturam, fors ob convulſionem fœtus, fors a ruditer immiſſa obſtetricantis manu. Medela eſt acceleratio partus verſione facta, aut capite jam multum promoto, & pone exitum conſtituto, forcipe abſolvenda Levretiano.

At vero tunc urgenda erit contractio uteri, niſi ea ſponte inſequatur; urgebitur autem uterus ad contractionem modis infra exponendis.

Hæmorrhagiæ uteri poſt partum ſunt primo uteri atonia; uterus enim ultra modum diſtentus aquis, fœtu monſtroſo, gemino, hydropico, vim ſuam contractilem vividam amittit; hinc eo a fœtu, & placenta evacuato, attamen ſe non cito contrahente patula manent orificia vaſorum. Cauſæ aliæ ſunt vis vitæ debilis ob morbos prægreſſos, cacochymiam, chloroſim poſt frequentes partus, & abortus; partus nimium diu durans, difficilis, & fors aliæ ignotæ hanc uteri inertiam producere valent.

Secundo, a partu totius ovi, integris membranis & placenta, nam ſi pelvis nimium ampla fuerit, facillimus partus, & celerrimus ſit; hinc datur partus quædam periculoſa facilitas. Tertio, ubi fœtus cito excluditur & facile, placenta mox inſequente, fit ſæpe hæmorrhagia; novimus enim, uterum primo aquas expellere, dein poſtquam ali-

F 4 quan-

quantum contrahebatur, excludere fœtum novis doloribus, tandem novos denuo conatus pariendi oriri, ut quodammodo denuo pariat ſecundinas; per gradus dein uterus incipit contrahi, non ſimul & ſemel, ſed pedetentim. Si jam terni hi partus, ut ita dicam, aquarum nempe, fœtus ipſius, & ſecundinarum ſeſe nimis cito inſequantur, uterus evacuabitur, priusquam novas vires collegerit ſe contrahendi, hinc hæmorrhagia. Quarto, ab uteri vulneribus violento inſtrumentorum uſu illatis; item a violenta placentæ avulſione. Quinto, a placenta ſemiavulſa. Sexto, a grumis majoribus ob ſpaſmos oris uterini fors diutius collectis. Septimo, inverſio uteri completa, & incompleta hæmorrhagiæ anſam dat; completa eſt rarior, oriturque a violenta tractione funiculi umbilicalis; incompleta eſt multo frequentior, in partu accelerato, & præcipiti. Fundus uteri tunc inverſus ad os uteri usque, ad usque vaginam pergit, inde pars prolapſa ab oſculo uteri contracto incarceratur, ſtrangulatur.

Octavo ab uteri ruptura, quæ varia eſt; vel enim tota ejus ſubſtantia finditur, vel ejus os, aut ſuperficies interna vulnere læditur ſubſtantiam non penetrante; prima ſpecies ſemper eſt lethalis, non autem ſecunda.

Nono dolores hæmorrhagiam cauſant; non autem dolores omnes, ſed ſolum validiores, continui. Dolor aliquis cum conatu pariendi, periodicus &c. debet adeſſe ad excludendam placentam, grumos; dolores hi poſthumi, poſteri vocantur, Nachwehen, neceſſarii ſunt, triduo durant;

rant; dolores vero majores & aſſidui orti ab uteri & nervorum erethiſmo hæmorrhagiæ dant occaſionem, alliciendo nempe humores ad locum irritatum.

Remedia varia laudantur; primo venæ ſectio, at vero in nullo caſu hæc convenit; ſecundo adſtringentia, quæ nil juvant in his hæmorrhagiis; proſunt ſolum in parcis frequens recurrentibus, & tarde, & lente contingentibus fluxibus ſanguineis, ſcilicet roborando; tertio narcotica, quæ nocent, niſi cauſa hæmorrhagiæ ſit dolor ſanguinem alliciens ad locum irritatum; quarto ligaturæ, ſed hæ non ſufficiunt; quinto ſitus horizontalis quietus, capite, & thorace declivi; ſexto fotus, potusque frigidus ad faciem, lumbos, pubem; ſeptimo exemptio corporis alieni; octavo injectio in uterum frigida, adſtringens, quam Galenus jam laudavit, injectio liquoris ſpirituoſi, oxycrati &c.

Aſt quid faciendum? Primo ſi corpus alienum eximi non poſſet, e. g. fætus, aut ſecundina trimeſtris? Secundo, quid ſi impetus profluentis ſanguinis injectum liquorem non admitteret? Tertio, ſi ſyrinx non eſſet ad manus? ruri? urgentiſſimo in caſu? Tunc juvat magna turunda in vaginam, & ipſum, ſi fieri poteſt, uterum intruſa, aceto aut oxycrato imbuta.

Prodeſt autem eximie talis turunda, primo in atonia uteri evacuati, ubi quoque tinctura cinnamomi pertinet, & ubi plurimum conducit frictio præcipue abdominis; ſecundo, ſi quoddam cor-

pus in utero reſtitet, quod eximi nequit; *tertio* in hæmorrhagia uteri traumatica; quarto in hæmorrhagia a placenta prævia.

Ceterum notanda ſunt ſequentia: primo, quod ubi ſuſpicio atoniæ, non ſit properandum, partus potius retardandus, non adjuvando dolores partus, decubitu tranquillo; ſecundo, hæmorrhagia hæc cæteris ſit frequentior, mox a partu inſurgat, fugiat non attentos, cum ſit ſine dolore, cum ſyncope; hinc excluſo fœtu videndum quantum, & quamdiu ſanguis fluat; ſerius non oriatur; hinc non diſcedendum a puerpera, donec globus incipiat formari ſupra pubem; *tertio*, ſemper aqua calida, & frigida, & acetum, & ſyrinx ad manus ſint; quarto, quod hæc ſit illa hæmorrhagia, ubi tinctura cinnamomi, vinum, motus, & frictio proſunt, attamen neutiquam ſola; quinto, partus nunquam præter tempus urgendus, aut tanquam difficilis proclamandus; hinc multos naturales partus videre juvat, ut ſcilicet ſciamus, quid ſola efficere natura poſſit; plerumque enim putamus, naturales partus nos nihil docere, at in plurimis nos inſtruunt. Imperitus obſtetricans ad arma clamabit, ubi peritior alter, ſapienter negotium naturæ committendo matri æque, ac fœtui conſulit; ſexto, quod oporteat ſcire quantitatem ſanguinis, qui naturaliter ſolet in partu profundi. Varia eſt menſura ad libram unam & ſemis, ad libras duas & ultra, ut nil certi ſtatui poſſit. Optima menſura capitur ex pulſu utique non ſolo, nam falleret in leipothymiis aliunde.

Puer-

Puerperarum morbi: de quibusdam ſymptomatibus poſt partum contingentibus.

Per ſex ſeptimanarum ſpatium, poſtquam fœmina fœtum enixa eſt, puerperæ nomine donatur.

Hoc in tempore multi, ac diverſi morbi (in fœminis exercitatis, pauperibus, vix quoad maximam partem noti) ſupervenire ſolent, quorum exitus, ſi neglecti, aut non convenienti methodo tractati fuerint, funeſtiſſimi obſervantur.

Operæ pretium ergo videtur de his peculiariter ſermonem habere, ut, qualis unicuique cura indicetur, omnibus pateat.

Puerpera ſtatim poſt partum ſubin corripitur primo leipothymia, ſyncope, convulſionibus, vel a majori hæmorrhagia, vel a mutato de repente circulo ſanguinis nunc impetuoſe in laxa abdominalia vaſa irruentis, vel a vivido ob partes læſas, & contuſas dolore.

Medentur his quies in lecto capite declivi, abdominis levis compreſſio, ſi a repente mutato humorum motu in partu accelerato ortum habuerint; ſed ſi hæmorrhagia in cauſa ſit, hæc methodo antea indicata ſiſtenda, dein quies, ſomnus multus, cardiaca nutrientia juvabunt; animi deliquia autem ab hyſteria, antiſpaſticis tolluntur. Quod ſi hæc mala a vivido ob partes valde ſenſiles læſas dolore originem traherent, emollientiſſima topica medicamenta conveniunt, & ſi

hæc

Hæc inſufficientia eſſent, interna opiata, ut interim minus afficiatur anima, indicantur.

Non raro enim poſt partum obſervantur ſecundo læſiones variæ uteri, vaginæ, perinæi, ſphincteris veſicæ &c., contuſio, incontinentia urinæ, ulceratio, ſtillicidium lotii, tempore ut plurimum ſanandæ.

Uteri læſiones venæ ſectionem, antiphlogiſticam petunt curam; læſiones perinæi leviter fiſſi ſuppuratione, & conſolidatione ſponte facta ſanantur; totum perinæum fiſſum ſi fuerit, non infrequens in annoſa primipera effectus, difficulter ſubinde, ut ſuperius dictum fuit, curatur, & omnino non, niſi ſutura cruenta conſolidabitur; urinæ vero ſuppreſſio a relaxata veſica, ſphynctere integro, frequentem catheteris adplicationem, ut veſica maneat corrugata, petit.

Afficitur frequenter puerpera tertio doloribus poſthumis ſpuriis. Dolores poſteri, Nachwehen, ſunt neceſſarii, biduo, triduo durant, redeunt per vices, ſuntque nil aliud, niſi conatus pariendi; ſi inordinati ſint absque conatu pariendi, ſi ſint ſolummodo inania tormina, medicina opus eſt. Magna ſenſibilitas, & fibrarum irritabilitas, quæ hic vel a mutatione corporis gravidi repente facta, vel ab exceſſu metus, mœroris, terroris, iræ, ipſius nimii gaudii excitatur, in cauſa eſt; hinc varii ſpaſmi, evacuandorum ſuppreſſio, febris, mentis emotiones, deliria, melancholia, ipſa quoque mania, non infrequens morbus in puerperis, ſæpius fors hanc in originem agnoſcit, quam ſic dictam lactis metaſtaſim.

Hinc

Hinc multi alii morbi, ſi in puerperam cadunt, periculoſiores evadunt.

Juvant fotus emollientes, carminantia, chamomilla, caſtoreum, opium, quod ingentes habet vires ad compeſcendos hos inordinatos puerperarum motus.

De ephemera, & febre lactea.

Puerperæ quarto febris lactea ſupervenire ſolet, quæ in ephemeram, & febrim lacteam proprie dividitur.

Obſervatur prima tertio vel quarto die a partu, dum per uteri contractionem ſanguis ad mammas impetuoſius, & majori copia venit.

Subitanea enim hæc derivatio fieri non poteſt, quin febriculam comitem habeat, copioſiori lactis ſecretione, levique ſudore poſt aliquot horas evaneſcentem.

Hanc omnes patiuntur puerperæ, niſi hæc humorum translatio, ultimis graviditatis menſibus ſenſim ſine ſenſu, nullumque cauſans incommodum fiat, quod haud infrequenter videre eſt.

Secunda autem, ſeu ipſa febris lactea adeſſe dicitur, quando mammæ congeſto lacte diſtentæ,

tæ, novæ materiæ accipiendæ incapaces, lac in ſanguine pro parte manens, & partim ſecretum, & in humorum maſſam abſorptum, ſymptomata plethoræ cauſat una cum febre continua remittente, acceſſione quotidiana, horrore longo, calore ſequente, & ſudoribus ſubacidum peculiarem odorem ſpargentibus, quibus copioſioribus paroxyſmus finitur.

Hanc lactantibus, ſiccis, exercitatis raro ſupervenire praxis medica docet, cum huic ſubjectæ ſint tantum illæ fœminæ, quæ pleni habitus, plurimum lactis conficientes omnino non, aut parum propriam lactant prolem.

Ephemera periculoſa non eſt; hæc autem periculo ſemper non caret, præſertim ſi inepte curata, aut in conſortio alterius adſit febris.

Terminatur primo ſudoribus ſub finem exacerbationum ortis; ſecundo ſpontaneo, vel artificiali fluxu mammarum; tertio lochiis profuſioribus; quarto urina; quinto alvo; ſexto miliaribus; ſeptimo metaſtaſi varia ad varias partes facta, vario cum eventu ſæpe lethali.

Comparatur hæc cum febre plethorica, atque ad inflammatoriam, tanquam ad cardinalem a) illam, quacum major intercedit analogia, dedu-

a) Cardinales enim febres vocat Cl. Prof. de Stoll tres præcipuas febres populares, quas diverſo anni tempore obſervare datur, ſuntque inflammatoria, pituitoſa, bilioſa.

ducitur, huicque tota indicatio, ac medendi methodus ſuperſtruitur a).

Sanatur ergo primo minuendo plethoram diæta tenui, venæ ſectione, excretiones ſollicitando varias, fluxum nempe lactis, urinæ, diaphoreſim, lochia, alvum; ſecundo occurrendo debita methodo gravioribus ſymptomatibus, nempe ſtaſibus in encephalo, pectore, inguine, ad ſupremum femur, & præſertim in mammis; tertio inquirendo an, & quantum huic febri de populari, annuo, ſtationarioque morbo acceſſerit, ex qua indagine indicationum fontes, ac medicorum in curando felicitatem pendere, videndi fortunata occaſio mihi ſæpe dabatur docente Cl. meo Prof. de *Stoll.*

Quæſitum fuit, an materies lactea corpus oberrans tam frequenter deponatur ad diverſas partes, ut inde innumeri oriantur morbi, qui perſæpe hac febre durante, vel & finita obſervantur, uti ſtaſes in diverſis corporis locis, & an materia ibi præſens haberi poſſit, ſicuti multi credidere, pro materia lactea, an phlogiſticum ſerum transſudans in abdomine pro ſero lactis ſemicoagulato habendum?

Hæc mala materiei lacteæ metaſtaſi tribuunt illi, qui non bene aliorum morborum ſymptomata perpendunt.

Non-

a) Ill. L. B. de Störk medic. prakt. Unterricht, alte Th. p. 177.

Nonne in illa anginæ ſpecie a
membranacea dicta pellicula internæ
arteriæ accreta obſervatur a liqui
transſudante, & in membranulam
teſtne hic accuſari materies lactea, qu
Quis inficias ibit, loca inflammata
ri, & pus alibi deferri? Hujus theori
troni, dum easdem ſtaſes in aliis
non recurrunt ad materiem lacteam
lam præſentem, cur ergo in febre
beret ſemper accuſari, quum tamen
ſiarius contingat?

Nihilominus omnes omnino lac
nes negare nolo; hoc tantum dico
cteæ metaſtaſes theoria potius, qua
confirmatus, ex alia longe, ut infra
ſa ſuam ut plurimum trahere originer

De Puerperarum febre.

Puerperii tempore obſervatur
aſia puerperarum dicta, pariter freq
omnino diſtincta, etſi a quibusdam
confundatur.

o(⌣⌢)o(⌣⌢)o

Puerperarum autem febris nulli puerperi
pori alligata, lactantes, non lactantes, &
quoque homines invadit, ita tamen, ut frequ
ſime illi obnoxiæ ſint puerperæ, cacochym
graciles, nobiles, vix pauperculæ, niſi per al
ante partum ſeptimanas noſocomium ingreſſæ
impurum ibi aërem cacochymiam contraxerin

Eſt hæc cæteris puerperii morbis multo
culoſior, in civitate plus, quam ruri freq
ubi partus quidem ob neceſſariorum defectur
nus felix eſſe ſolet, aſt ruſticæ, non æque a
biles valetudinariæ, puerperio longe feliciore
guntur.

Binas origines habet hæc febris, ſcilice
domeſticam, ſeu talem, quæ ſita eſt in ipſa
puerpera, e. g. ſaburra putrida, ſeu fœces
pore graviditatis, vel puerperii, ob omiſſa n
ſaria clyſmata retentæ, ob juſculorum, oleo
ſtragulorum, opiatorum abuſum, ob aërem
renovatum, ob partum difficilem inſtrumenti
ſolutum; vel vero epidemicam originem, dun
licet morbi regnantes in puerperas cadunt, v
tramque.

Hanc rem ita ſe habere penes puerper
lectos Clariſſ. Profeſſor meus de *Stoll* medi

Sic anno elapſo circa autumni initium, dum adhuc febres æſtivæ bilioſæ obſervabantur, notavi uni ex puerperis ſuperveniſſe puerperarum febrim bilioſæ naturæ; dum ſerius circa hyemis initium aliam viderim puerperarum febre pariter laborantem, aſt inflammatoriæ indolis, prouti nempe febris cardinalis illius temporis erat.

Ex his ergo evidenter patere crediderim, puerperarum febrim haud ſpecialem & ſui generis eſſe, non ſemper milliarem, aut petechialem, uti multi voluere, ſed in diverſis ægris, & conſtitutionibus pariter diverſis variam, variaque curandi methodo ſubjiciendam.

Nihilominus ſæpe putrida eſt ſaburralis unacum alicujus viſceris abdominalis, uti omenti, tubi inteſtinalis, meſenterii, uteri, ejusdemque appendicum inflammatione, ubi dolores abdominis adſunt facile confundendi; differunt in eo, quod hi ſint aſſidui, quod ſerius accedant, quod attactum non ferant, & quod de die in diem increſcant.

Subinde febris lactea cum altera hac jungitur magno puerperarum diſcrimine, tuncque probe obſervandum, quænam ſymptomata debeantur febri lacteæ, quænam febri puerperarum, item quæ ſit ipſius febris natura, quæ partim ex ipſa ægra, partim ex anni conſtitutione determinanda erit.

Cum nulla certe febris ſit, quæ non aliquando in puerperam cadat, & ſub nomine febris puerperarum veniat, facile eſt colligere, quam male

a

a quibusdam aſſignetur hujus cura, quaſi ſemper eadem eſſet, & quam contrariis, totoque ſæpe cœlo diverſis tractanda ſit remediis.

Intelligitur ex his etiam, quomodo practicorum illæ diſſenſiones de ſede, natura, & medendi methodo explicari, & quomodo ſubinde emollientia, ſubinde venæſectio, ſubinde emetica convenire poſſint.

Omnes enim vera dicunt, & qui venæſectionem, totumque antiphlogiſticum commendant apparatum, & qui his omiſſis emetica, & purgantia laudant.

Primi percurandas habuere fœminas, dum epidemica conſtitutio inflammatoria erat, hi autem dum ſaburrales regnabant morbi.

Sydenhamum quoque hujus febris diverſam naturam obſervaſſe, diverſo anni tempore, ex propriis ſuis verbis patet, dum ait: Febris puerperarum tranſit in caſtra epidemici a).

In hac febre obſervantur abſceſſus febri lacteæ adſcripti, in quibus non ſerum lactis, non lac coagulatum detegitur unquam, ſed vel purulentam, vel bilioſam, vel ichoroſam plane materiam, uti in tumoribus metaſtaticis, vel inflammatoriæ, vel bilioſæ, vel putridæ febris videre eſt, ibi deprehendere obſervatoribus licuit.

a) Diſſ. Epiſt. ad Guil. Colle Med. D. p. 431.

Febris hæc, cum periculoſa ſæpiſſime ſit, in ea equidem præcavenda primariam medici curam conſiſtere debere quilibet intelligit.

Huic ſcopo ſatisfaciunt tempore graviditatis diæta parcior, quo ad maximam partem vegetabilis, motus inſtitutus in aëre libero, puro, ſomnus diuturnus ſcrupuloſe evitatus, alvus non durante ſolum graviditate, ſed & puerperii tempore clyſmatibus fluida continuo ſervata.

Præſentis autem jam febris cura ſpeciei morbi, ſi ſimplex fuerit, aut ſi complicata, urgentiori occurrendo ſymptomati, ut accommodetur, exigit.

Milliaria, celebre puerperarum febris ſymptoma, a perverſa curandi hanc febrim methodo ſuam ut plurimum trahere originem clare eluceſcit cogitanti, puerperas, recepto in vulgus more, tractari ſudoriferis, diæta calida ſtimulante, noxium adhuc inhærens ut expellant, & vires perditas ut reſarciant.

Febris tunc accedens ſaburralis plerumque indolis hac methodo exaſperata, materia ad corporis ſuperficiem vi pulſa, tranſire ultima hæc vaſa inepta, tubercula excitat, quæ rationalis paulo melius puerperas tractandi methodus, & mature datum evacuans certiſſime præcaviſſet.

De

De fluore albo puerperarum.

Non raro puerperæ afficiuntur quibusdam a-liis, ab utraque febre, ut cauſa, oriundis morbis, uti fluore albo puerperarum, morbis mammarum, rheumatiſmo, & mania puerperarum.

Fluor albus, cujus definitionem ſuperius, dum ex inſtituto de hoc agebatur morbo, attuli, ſolet ſubinde puerperas occupare, & præſertim illas, quibus ob lautam vitam, & propriæ proli denegatam lactationem diutius lochia effluere pergunt.

Si enim aſſuefit uterus fluxui, quo atonico inde facto, vix curandum fluorem album inducit, unde adeo debilitatur, ut non amplius concipere, aut non ad debitum tempus usque fœtum retinere valeat.

Cura in parciori vegetabili diæta, purgantibus ſtatim ab initio propinatis omnium primo conſiſtit, quibus dein ſi incidentia ſalina, gummiferulacea, & ultimo addantur martialia, omni ſatisfit ſcopo.

Scio multis adamatam eſſe methodum, quæ ſolis adſtringentibus utitur, aſt hæc nunquam, niſi prius primæ viæ repurgatæ, & incidentia exhibita fuerint, curabunt.

De mammarum morbis puerperis ſupervenientibus.

Mammarum morbi plurimi ſunt, qui autem ad hanc cauſam pertinent ſunt harum inflammationes, aut inde remanentes tumores, dum nempe ab aggeſto lacte vel pars celluloſa, vel glanduloſa infarcitur.

In primo caſu tumor eſt magnus, æquabilis, brevi ope emollientium, & diſcutientium ut plurimum reſolvendus, aut ſuppurandus.

In altero tumores adſunt nodoſi, doloribus per intervalla lancinantibus ſtipati, diutius durantes per menſes, & annum, quin tamen unquam in cancrum abeant, ſed benigne, ſolventibus diu applicatis in- & externe ex cicuta, ſapone veneto, reſolvuntur a).

Malum hoc ſubinde de glandula in glandulam ſerpit absque metu tamen cancri, quod ſcire juvat, ne ad operationem, ſeu extirpationem veniamus.

De rheumatiſmo puerperarum.

Rheumatiſmus, ſeu dolor fixus, aut vagus muſculorum vaginas occupans, oritur ſudore cohi-

a) L. B. de Störk mediz. prakt. Unterricht, 2ter Theil, p. 177.

hibito per aëris acceſſum, quo judicari ſæpe ſolet febris lactea, vel metaſtaſi ad muſculorum vaginas facta.

In hac rheumatis ſpecie ſalia media, alkalina, ſapo venetus, aquæ minerales ſolventes, balnea ſulphurea nativa, vel mediante hepate ſulphuris artefacta conveniunt, aut his parum juvantibus ipſa ſubſtitui poſſunt alterantia.

De mania puerperarum.

Mania, ſeu delirium varium absque febre, frequens ſymptoma, a quadam nondum bene cognita, durante puerperio, præſente cauſa, circa decimum, aut undecimum diem a partu, cauſa excitante ut plurimum ira, oritur.

Voluere multi materiam lacteam ad caput deferri, alii puerperarum febrim hanc maniæ ſpeciem excitare; aſt cum ſuperveniat hic morbus lactantibus, & febris puerperarum alio tempore in eadem fœmina præſens maniam non cauſet, quin & fœminæ ab hac febre omnino liberæ quandoque puerperii tempore mania ſuperveniat, allatas has haud ſufficere rationes patet, ſed ſtatum puerperæ hic accuſare potius convenit irritabilem magis, magisque debilem, ut animi pathemata graviores ſic effectus, diutius duraturos cerebro imprimere valeant.

Hujus ſymptomatis cura, raro ante annum ſperanda, conſiſtit in venæſectionibus per inter-

valla factis, in eccoproticis, attenuantibus, ſalibus mediis, & his nil proficientibus, ſubinde nova curat graviditas.

De Lochiis.

Lochia, ſeu fluxus poſt partum primo ſanguinis, dein humoris ſanguinolenti, puriformis, aquoſi, ſexto & ultimo conſideranda loco veniunt.

In lactante vix per octo dies fluere pergunt, dum interim in non lactantibus ad ſex ſeptimanas, ad menſes excurrunt, in fluorem album chronicum plerumque abitura.

Differt præterea lochiorum duratio pro diverſitate regionis, ætatis, habitus corporis, & univerſim copia lochiorum copiam menſium propemodum ſequitur.

Lochiorum fluxus ergo peccare poteſt exceſſu, vel defectu. Exceſſu peccare dijudicatur non a copia effluentis ſanguinis, ſed a virium dejectione, animi deliquio, ſanguine grumoſo effluente, cibi faſtidio, dolore in hypochondriis, ventris tenſione, pulſu debili, & frequentiori, viſus obtenebratione, aurium tinnitu, & convulſionibus a).

Pro

a) Sydenham Proceſſ. integr. in morb. omnib. curand p. 670.

Pro cauſa habebit fibrarum uterinarum tonum amiſſum, vel contractionem uteri impeditam ob grumos ſanguinis, vel fruſtula placentæ in utero relicta, aut læſionem uteri.

Cura tunc conſiſtit in cucurbitulis ſiccis mammis, lumbis, imoque ventri applicatis; in extractione corporum heterogeneorum, in adſtringentibus in- & externis, narcoticis, diæta nutriente, faſciis pro firmando abdomine circumductis a).

Defectu vero raro ita peccat, ut inde oriantur morbi; videmus quidem horum ſuppreſſionem panicum incutere puerperis, fœminisque adſtantibus timorem, ad pellentia, ſtimulantia eas confugere, ut ſalutarem, ut ipſis equidem videtur, fluxum revocent.

Aſt ſedula naturæ obſervatio, docet ſine omni lochiorum fluxu ſaniſſimas quandoque perſtare fæminas, feliciſſimoque fungi puerperio; matres inſuper lactantes parco equidem, paucis diebus continuante fluxu gaudere.

Accedit, quod lochia ſuppreſſa raro per ſe morbum, ſed ſymptoma alium concomitans morbum conſtituunt.

Febre enim in puerpera accenſa lochia ſupprimi, graviori quodam animi affectu excitato

 flu-

a) Clariſſ. Home Princip. Medic. Sect. XIII. p. 310.

fluxum hunc ſilere, notabili diætæ vitio commiſſo evacuationem hanc ſupprimi, praxis medica docet.

Cauſas ergo has removere, morbos exinde oriundos percurare, lochia ſuppreſſa reſtituere eſt.

Sagax nihilominus medicus ad puerperam vocatus, neceſſarias de fluxu præſente, ejus copia, colore, quæſtiones omittere piaculo ſibi ducat oportet.

Interim tamen ſi omnino emanerent lochia, aut valde parum profluerent, & absque alia cognita prægreſſa cauſa quereretur fœmina dolorificam preſſionem circa infimam abdominis partem, vertiginem, pectoris anxietatem, cordis palpitationem cum pulſu inſuper duro, ſigna deinde inſufficientia ſuppreſſæ excretionis haberentur, hinc pediluvium, abdominis frictiones cum unguento de althæa, oleo hyoſciami, & camphora, emollientia clyſmata, una cum ejusdem virtutis plantarum decoctione apprime convenirent, & his nil juvantibus mitiora emmenagoga, non omiſſa prius venæſectione, ſi opus, indicarentur a).

Prophylaxis, quo ad maximam morborum partem, quibus delicatæ puerperæ ſubjectæ ſunt, habetur apud Tiſſotum b), conſiſtens primo in evita-

a) L. B. de Stœrk medizinisch-praktiſcher Unterricht, 2ter Theil p. 179.
b) Saggio ſopra le malattie delle perſone del gran mondo Art. IX.

tatione circa ultima graviditatis tempora omnium eorum, quæ calorem, indeque inflammationem cauſare poſſent; ſecundo in frequentiori motu in puro, & recenti aëre inſtituto ad partus tempus usque, ſi poſſibile; tertio in venæſectione octo, aut decem diebus ante partum celebranda, ſi pulſus plenus, ſi menſtrua ante graviditatem ſemper fuerint copioſa, & calor id indicet; quarto in alvo facili reddenda circa ultimos graviditatis dies, idque clyſmatibus non tantum, verum ipſis eccoproticis; quinto in eadem aperta ſervanda tempore ipſius puerperii aut per clyſmata, aut per ipſa lenia purgantia, quæ tantum abſunt, ut noceant, dummodo ſint indicata, ut imo ipſo Tiſſoto teſte a) his mediantibus lochia exeant facilius, & uteri inflammatio, quæ haud infrequenter his amiſſis obſervatur, præverti frequenter poſſit; quibus omnibus ſi conveniens accedat diæta, quo ad maximam partem ante & poſt partum vegetabilis, ſi abuſus ſtragulorum, theatorum potuum, narcoticorum, pulverum abſorbentium, durante puerperio inhibeatur, ſi aër ſæpius renovetur, medicum omnem expleviſſe ſcopum merito dici poterit.

Lactantium morbi, de quibusdam incommodis lactantibus ſupervenire ſolitis.

Morbi lactantium dividuntur in communes alio etiam tempore, & proprios ſolis nempe lactan-

a) l. c.

ctantibus ſupervenientes, de quibus ultimis nunc ſermo.

Sunt autem nimia mammarum diſtenſio, earum inflammatio, earundem mala conditio, ut papilla nimis parva, evaneſcens, fiſſa, excoriata a valida ſuctione, vel ab infante aphthoſo, lue affecto, puſtulæ, ſcabies, hyſteria, lac deficiens, ablactationis incommoda, nutricum phthyſis a).

Mammarum diſtenſio, & orta inde inflammatio a nimia lactis copia, dum aliis cibis alitur infans, vel a peculiari hujus abundantia fit.

Præſtat hic lac emulgere, quam ad aliud colluctorium divertere una cum diæta parca, & vegetabili ſemper purgationibus præferenda, quæ convenire nunquam poſſunt, cum nimium lac a mammis convertant, cum purgetur absque indicatione ipſe infans, &, quod non raro fit, puſillus dein abhorreat mammas; imo ſaburrales quoque morbi in lactantibus curandi potius ſunt diæta ſtrictiſſima, & enematibus, quam aliis alias indicatis evacuationibus.

Papilla nimis parva, vel & evaneſcens requirit, ut graviditatis tempore fiſtula, vel ſuctione attollatur; poſt puerperium enim, dum mammæ jam turgent, ſuctio inflammationem faceret.

Fiſſa

a) Bern. Ramazzini de Nutric. morb.

Fiſſa ſi ſit papilla a quacunque demum cauſa, albumen ovi cum ſpiritu vini, camphorato, vel alumine, mucilago ſeminum cydoniorum, oleum ovorum, ceræ, myrrhæ per deliquium, vel ſuccus ſemper vivi majoris applicentur, hæc tamen cum cautela, ut ante ſuctionem bene lavetur papilla, ne averſetur infans lac; abſint ſaturnina, ne de his aliquid deglutiat.

Puſtulæ, ſcabies ortæ, dum nutrices ulnis geſtant, mammis apponunt infantes lacteam cruſtam in capite habentes, durantur topicis externis remediis, cum non a pravitate humorum, ſed a contactu tales prurigines ſuboriantur a).

Hyſteria, quæ hoc in mulierum genere ſolet utplurimum habere ortum juxta Cl. Ramazzini b) ab euchymis cibis, quibus nobilium nutrices in propriis domibus aluntur, una cum magna diligentia, ut procul a conjugali commercio ſint, ſæpe obſervatur.

Ventre enim ſaginato, uterus ſanguine veneris ſtimulos excitante turgeſcens indignatur, ac in furores agitur cum non exigua lactis in mammis defœdatione.

Si ab aliis ſupra expoſitis cauſis hic effectus originem traxerit, tractetur uti ibi loci monitum fuit,

a) Ramazzini de lactant. morb.

b) Eod. loco.

fuit, aſt ſi ob denegatam copulam eveniat, hanc concedere morbum curare eſt.

Sunt plurimi quidem, qui a virili concubitu abſtinere debere nutricem, ne lac vitietur, aſſerunt, inter quos ipſe Galenus a); aſt hæc præcautio non multum ſalutaris, nec rationi conſona, nec experientiæ congrua videtur.

Matres enim apud popularem gentem fœtus ſuos alunt, niſi fortuitum aliquid contingat, legitimo tamen haud abſtinent thoro, quin incommoda, aut lactis depravationes obſerventur.

Hinc ut evitetur neceſſario ſequens ob involuntariam coitus abſtinentiam nutricum triſtitia, hujusque mali effectus, qui quidem puſillis nocere poſſent, & fors ipſa furtiva venus, regulam hanc nutrices a virili concubitu arcendi (quamdiu non conceperint) cum Cl. Ramazzini b) & Martiano c) improbamus.

Lac deficiens balneis brachiorum, vita deſide, decocto oryzæ cum ſeminibus carvi, & aniſi augeri poteſt.

Ablactationis incommoda, & febris lactea; quæ quandoque hoc tempore iterum ſupervenire ſo-

a) In p. de tuand. val. c. 9.

b) De Nutric. morb.

c) De natur. puerp. v. 250.

ſolet, abſtinentia, eccoproticis aliquoties exhibitis curantur.

Oportet attentum eſſe medicum, ſi nutricem habeat curandam, ne ſymptoma nova a febre lactea oriunda ob neceſſariam tunc ablactationem cum ſymptomatibus morbi principis confundat.

De nutricum phthyſi.

Nutricum phthyſis eſt talis tabeſcentia totius corporis cum febre lenta ex genere continuarum remittentium irregularium a nimia lactis deperditione, ut nec muſculi appareant, quorum fibræ quidem remanent, aſt cellularis pinguedo tota conſumitur.

Utut hæc phthyſeos ſpecies ſubinde obſervetur, raro tamen, aut omnino non contingit, niſi in fœminis valde affectis, debilibus, vel illis, quæ plures lactant infantes, quum quæ utero geſtant, ut plurimum absque hoc ſumme notabili incommodo lactare poſſint; imo plures morbos a neglecta lactatione, quam nimia videre eſt, ut ergo lactationem etiam in debiliſſimis per quindecim ſaltem dies, etſi tempus a natura indicatum ſit prima dentitio, protrahere quam plurimum conduceret; ſic enim febrim lacteam, indurationes mammarum, ſcirrhos, metaſtaſes, omniaque recenſita ſuperius ex neglecta lactatione incommoda evitare, & puſilli ventriculum firmiorem reddere, levi negotio poterunt matres.

Sympto-

Symptomata in hoc morbo ſu
hyſtericos inſultus patiuntur hæ fœm
lationes; febricula a paſtu & veſpe
uti in phthyſicis; genæ quandoque
doque pallent, ſæpe rubente una pa
tuſſis crebra, ſicca adeſt, ardor ci
ſenſus exſiccationis, & conſtrictioni
quaſi per funem; pulſus eſt contractu
febrilis; emaciantur dein ſenſim, &
dem ſputa puriformia, quæ ſequu
ſtriata, prodeunt.

Cura in hac phthyſeos ſpecie
ab humorum bonorum penuria orit
ſemper levem inflammationem comi
phthyſim purulentam abit, ſi nutri
cte, & juſculis inſtitueretur, male c
cum hocce in caſu ablactatio prim
lactis dulce, decoctum emolliens,
balnea, & ſæpe venæſectio, quæ no
petenda eſt, ſerius autem cortex, li
la, & ſimilia juvant.

Si autem purulenta nondum eſſe
mationis præſentis ſigna malam facere
omiſſa lactatione, nutrientia ex lact
teſtudinum, pulmonum & ſplenis vit

Vetularum morbi; de quibusdam incommod… fœtis fœminis ſupervenire ſolitis.

De vetularum morbis ultimo coronidi… verba facturus, quos nempe tempore, quo… ſes emanere ſolent, vel a plethora reſtante… ſimul ab acri retento obſervare eſt, eos ordin… tia in univerſales & particulares dividi poſſe …

Univerſales ſunt febres, hyſteria, cac… mia.

Particulares vero ſunt, vel morbi abd… les, uti colicæ, ſpaſmi, hæmorrhoides, vi… ctus; vel morbi uteri, prolapſus, hæmor… uteri, hydrops ovariorum, uteri ipſius, flu… bus rodens, cancroſus, carcinoma, con… menſium, tympanitis, falſa graviditas; vel… mammarum, uti earundem diſtenſio, inflamm… induratio, ſcirrhus, cancer &c.

Omnes hi morbi habito ſemper reſpe… cauſam, plethoram nempe, & acre quoddam… inde retentum cum catameniis eliminari ſo… convenienti erunt tractandi methodo.

Hæmorrhagia uteri a ſuppreſſis per a… menſes catameniis, nunc unico impetu redeu… oritur, quæ præcaveri poteſt exiguis hoc te…

Mammarum morbi, a ſanguine fors etiam acri, ſtricto utero, ad mammas delato originem trahentes, ſi inflammatoriæ ſint naturæ, in- & externe emollientibus tractentur; ſi ſcirrhoſæ, aut cancroſæ, emplaſtrum cicutæ externe, eiusdemque extractum interne illuſtriſſimus, ac ſapientiſſimus L. B. de Störk a), ad omnia grandia vere natus, qui innumeris artem medicam auxit inventis, quamplurimum juvare, multiplici experientia comprobavit.

II.

a) Lib. & Suppl. de Cicuta.

II.

JOSEPHI ALOYSII POPP,

SILESII SCHILLERSDORFENSIS

DISSERTATIO

DE

COLICA.

Sive dolor colicus, ſi vim nominis ſpectemus, morbus eſt inteſtini coli, verum tamen mos modo obtinet, ut omnis omnino dolor inteſtinorum quorumcunque colica dicatur.

Novimus totum tubum inteſtinalem fibris muſcularibus exquiſitiſſime ſentientibus componi, ita quidem, ut hic inteſtinorum tractus non inepte vocaretur cavus muſculus, etſi rubore muſculari careat; novimus hoc ad naturam & eſſentiam muſculi non requiri, ruborem nempe, eumque non pertinere ad ejusdem eſſentiam.

 Hinc

Hinc ob exquiſitiſſimum inteſtinorum ſenſum colicus dolor plerumque graviter affligit, & frequens eſt.

Colicus difficillimus morbus eſt, atque etiam anceps, ſi eventum ſpectemus, etenim eadem ſenſatio dolorifica, idem dolor colicus a diverſiſſimis, quin etiam oppoſitis ſæpe cauſis provenit, ut in binis ægris, eadem prope modum ſymptomata exhibentibus, non eadem, ſed oppoſitas recte cauſas deprehendas.

Ex hoc contingit, ut diagnoſis colicæ difficillima fiat, difficillime dignoſcas unam ab altera.

Ex hac itidem diagnoſeos difficultate pendet cura æque difficilis, cum omnis rationabilis cura repeti debeat a cognitione cauſæ, ſed etiam anceps omnis ferme colica eſt, quia colicæ quædam perniciofiſſimæ ſunt, etſi mites videantur. Exemplum in colica ſaturnina habemus, quæ otius non opinantes occidit, etſi deambulans homo ſit & erectus, nonnunquam, cito & certo occidit, nonnunquam graviſſima eſt, etſi vitæ parcat.

Quæritur jam, quænam ſit colicarum variarum diviſio? Diviſiones earundem varias faciunt; ſed optima eſt, quæ a cauſarum differentia petitur.

Quidam colicas dividunt in illas, quarum cauſæ in ipſo inteſtinorum cavo reſident, item in illas, quæ cauſam habent repoſitam non in cavo,

vo, ſed in ipſa inteſtinorum ſubſtantia, tertio in colicas illas, quæ cauſas agnoſcunt ſuas alibi reſidentes, quam in cavo, quam intra inteſtinorum ſubſtantiam.

Nos colicas dividemus non ſecundum varias earundem ſedes, ſed ſecundum cauſas: quas hic perſequar.

Tot ergo differentes colicarum ſpecies, quot nobis cauſæ ſpecie differentes occurrunt: inter colicas ſit primo colica flatulenta.

Colica flatulenta. Monendum eſt, ut ne errorem illum communem committamus, & colicam appellemus, curemusque tanquam flatulentam, quæ talis appellari non meretur.

Error hic certe ſummopere practicus eſt, & in perniciem ægri cedit, etenim facta hac diagnoſi colicam oblatam eſſe; ex. gr. flatulentam, qua talis non eſt, dabimus carminantia calida, ſpirituoſa ob hanc ipſam ſeductricem ideam colicæ flatulentæ.

Error hic adeo gravis eſt, & adeo communis, ut Bœrhaave in ſuis aphoriſmis peculiariter monuerit contra carminantium, ſpirituoſorum, calidorum abuſum.

Sed videamus, cur colicas facile putemus flatulentas eſſe, quæ tales reapſe tamen plerumque non ſunt. Scilicet omnis colica, a quacunque cauſa oriatur, borborigmis, & flatibus ſtipatur,

tur, omnis colica ſive ſit ſtercorea, ſive inflammatoria, ſive demum undecunque orta, etiam ſaturnina, comites flatus multos habet, verum tamen propterea neutiquam flatulenta dici poteſt; dicimus enim colicam flatulentam non eam, quam flatus comitantur, ſed quam multus elaſticus, rarefactus ſubito ſeſe evolvens aër concitat, vel vero ubi flatus cauſa colicæ ſunt, non autem effectus & ſymptomata colicæ; res in exemplo patebit: aſſumantur e. g. fructus multi horræi, præcipue poſt paſtum, fructuum horræorum ſucci, muſtum, æque res, quæ multum in ſe aëris continent: hic aër loco humido calidoque evolvitur, ſucci hi vegetabiles fermenteſcere incipiunt, & aërea hæc materies ſubito erumpens inteſtina diſtrahit, vellicatque, inde dolor ſeu colica orta a flatibus, ab aëre multo aut aëriformi materie, inde inquam colica flatulenta, ubi aër ipſe tanquam cauſa colicæ poteſt conſiderari.

In aliis vero ſpeciebus colicarum flatus hi erunt tanquam effectus ſolum conſiderandi, non autem tanquam colicorum dolorum cauſa.

In hac ſpecie colicæ ea omnia proderunt, quæ aut fermentantem materiam cohibent, aut aëri jam intus collecto, & inteſtina diſtrahenti liberos exitus conciliant: huc ergo pertinent remedia ſic dicta carminantia; olea videlicet ſtillatitia, eleoſachara varia, aquæ ſtillatitiæ, aromaticæ, ſucci aromatici, remedia pleraque ſpirituoſa, inter quæ laudem eminentem obtinent liquor anodynus mineralis, acida etiam alia mineralia dulcificata, hæc omnia aut incipientem fermentationem

nem aliquantum ſuſpendunt, aut aërem multum collectum expediunt, ſicque tollendo dolorum colicorum cauſam, morbum ipſum ſufflaminant. Hæc de colica flatulenta.

Colica ſtercorea omnis illa dici poteſt, quæ oritur a materia alimentari, quæ aut ſua qualitate aut quantitate dolores colicos excitat; ad colicam ſtercoream multæ aliæ colicæ poſſunt reduci.

Huc ergo pertinet colica ſimpliciter ſtercorea dicta a duris congeſtis multis fœcibus in hominibus alvo tarda laborantibus, & ſtricti temperamenti, in atrabilariis, in hominibus multum ſudantibus, hi enim alvo laborant plerumque difficili.

Ad colicam ſtercoream ſæpenumero pertinet, colica ſutorum, ſartorumque, colica illorum, qui dura farinacea, ſicca multa comedunt.

Huc quoque pertinet colica quædam gravidarum, illa ſcilicet, quæ ultimis menſibus obſervatur, ubi alvus tardior eſt, tumente multum utero tubum inteſtinalem multum comprimente; hæ enim colicæ gravidarum, quæ primis a conceptione diebus occurrunt, ab commutato ſpirituum motu oriuntur, huc non pertinent, neque pertinet gravidarum colica poſtmodum explicanda, quæ contingit tertio, quarto, quintove menſe a ſanguine menſtruo multum coacervato, non omni abſumto in fœtus alimentum. Colicæ illæ tertio quartove menſæ obſervatæ, abortum minantur, uti poſtmodum explicabimus.

Ad colicam ſtercoream reduci poſſunt pleræque colicæ infantum, ſic colica infantum recens natorum, colicæ illæ a meconio non expurgato ortæ, item colica infantum jam lactantium a lacte videlicet nutricis, aut nimia quantitate ingeſto, aut nimis craſſo, aut aceſcente; colica infantum a pulte male ingeſta.

Huc etiam aliæ fœminarum quædam colicæ non infrequentes poſſunt revocari, illarum videlicet, quæ jam ſæpius pepererunt, fœminæ multarum jam prolium matres, inteſtina ſæpenumero habent capacitatis inæqualis, ita, ut inteſtina hinc inde valide ſint dilatata, alibi vero valde conſtricta, hinc contingit, ut fœces in ſacco illo, ſive inteſtinorum diverticulo magnopere coacerventur, alvusque evadat tarda, coacervatæ fæces inteſtina irritent, & dolores colicos producant. Contingit hoc maxime in inteſtino colo, præcipue vero in flexu, vel utroque lineali & hepatico, vel vero alterutro.

Hæc diverticula, hæ amplitudines inteſtinorum fæcibus duris multisque repletorum tactu ſæpenumero poſſunt explorari, & referunt totidem quaſi farcimina, tumores per abdomen farciminoſos, niſi bene attendamus, putabimus adeſſe ſcirrhos inteſtinorum, quales tamen non ſunt, cum intra paucos ſæpe dies alvo mota diſpareant, vel inſigniter minuantur, denuo iidem concreſcant intra paucos dies.

Vi-

Videamus jam omnium colicarum harum, quæ ad ſtercoream colicam reduci poſſunt, quænam univerſim cura ſit.

Cura alia eſt palliativa, alia curativa. Cura curativa cauſas aufert, materiem illam olim alimentarem, nunc ſtercoream, aut quaſi ſtercoream exturbat, reſeratque tubum inteſtinalem, id quidem enematibus, primo emollientibus, leviter dein irritantibus crebro ingeſtis; 2do aufert cauſas, reſeratque tubum inteſtinalem purgantibus, ſed non qualibuscunque, ſed ſalinis, iisque leniſſimis crebro datis, & per epicraſim ſalinis datis cum multo vehiculo, in initio parce, ut vim ſolummodo ſolventem exerant, dein copioſius, hinc convenit ſal amarus, ſal Glauberianus, alia vera purgantia, uti manna ſola, aut vix ſufficiunt, aut raro, cum ea vi ſolvente non gaudeant uti ſalina, rheum plerumque inefficax eſt, & tormentis addit, quia roborat, quia evacuat, quia ſolvat, inter hæc ferme ſalina multo cum juſculo, vel cum alio vehiculo propinata, frequenter & per epicraſim omnis methodus curativa conſiſtit.

Sed dixi, eſſe etiam curam palliativam, quæ in graviori dolore, etſi cauſas non auferat, tamen nunquam negligi debet.

Cura pallians in eo conſiſtit, ut ſpaſmi ſopiantur. Palliativa remedia ſcilicet ſpaſmos inteſtinorum ſopiunt, phlogoſim ſimul præcavent, cujus ſemper habenda eſt ratio; ſpaſmos ſopiunt balnea tepida, fomenta calida emollientia totique

abdomini applicata, quæ quaſi balneum topicum poſſunt appellari, nervina vero aut nocent, aut nihil juvant. Sopiunt feliciter ſpaſmos remedia relaxantia. Opium nocentiſſimum eſt remedium, & pauciſſimi caſus ſunt, ubi in colica ſtercorea opium poſſit convenire.

In ſumma exacerbatione dolorum, ac aliis remediis non neglectis, ad obtinendas tamen inducias poſſumus ſubinde pauxillum opii dare, ſed plerumque alia incommoda obſervantur dato opio.

Scimus opium pro momento ſpaſmos tollere, ut facilius poſtmodum operari purgans poſſit.

Quibus crebrior colica ſtercorea redit, cura palliativa facienda eſt. Diæta nempe accommodata, diæta eccoprotica, deinde datis amaricantibus lenioribus, frictionibus abdominis adhibitis, & in adultis frequenter hanc colicam pati ſolitis equitatio convenit.

Quæritur, quid de venæſectione ſentiendum ſit. Notandum eſt, venæſectio in colica ſtercorea per ſe non convenire, & tamen ſi dolor gravis ſit, ſi ſit diuturnus dierum multorum vel etiam ſeptimanarum, ſi æger maſculus ſit, ſi ſit ætatis adultæ, ſi metuamus ex omnibus hiſce circumſtantiis memoratis, ſi metuamus inquam in inteſtinis phlogoſim ob nimiam fibrarum criſpaturam, venæſectio tanquam remedium pallians adhiberi debet, etenim quæcunque ſtimulo criſpantur fibræ muſculares vel ſtringantur, nihil ita relaxat ſtrictam fibram ac

ſan-

ſanguinis miſſio, pertinebit ergo venæſectio hoc in caſu ad emollientia, eandemque virtutem habebit ac balneum, ac cataplaſmata & fomenta emollientia, præterquam quod feliciter prævertat timendam certe inflammationem.

Pervenimus ad tertiam ſpeciem colicæ, quam appellant bilioſam. Tres ſpecies colicæ bilioſæ reperiuntur.

Prima ſpecies eſt colica bilioſa æſtivalis, vel autumnalis, vel etiam colica bilioſa epidemica. Altera ſpecies eſt colica bilioſa ſporadica, & tertia demum colicæ bilioſæ ſpecies orta a calculis felleis.

Optimam primæ ſpeciei deſcriptionem nobis *Sydenhamus* ſuppeditat, quam hic recenſebo. Colica, inquit, bilioſa eadem ſymptomata producit plerumque, quæ dyſenteria, atque eodem cum dyſenteria tempore graſſatur; nonnunquam deſinit hæc colica in dyſenteria; adoritur autumno vel æſtate plerumque juvenes temperamento calido bilioſoque præditos; dolor omnium colicarum atrociſſimus eſſe ſolet, & maxime intolerabilis, inteſtina nonnunquam injecta faſcia quaſi conſtringit, nunc vero in punctum contractus quaſi terebrando inteſtina videtur perforare, ſubinde remittit, mox redit, quem æger præſentit, & ita præſentiens miſerabili vultu, ejulatuque quaſi jam præſentem exhorret, dolor in initio minor eſt, minus certum locum ſibi ſeligit, at poſtmodum in morbi progreſſu locum ſibi occupat magis fixum, in initio non tam crebra eſt vomitio, nec alvus adeo pertina-

ci-

citer, in progreſſu morbi identidem vomitiones increſcunt, & alvus omnem catarcticorum vim eludit, adeo quidem, ut alvus pertinaciſſime obſtruatur, tandem ileus ſequatur; materies vomitu ejecta viridis aliquando eſt, quæ plerorumque aut vix non omnium morborum æſtivalium, autumnaliumque, eadem ferme eſt, quæ ipſius dyſenteriæ, bilis nempe acris, rancida, cauſtica in inteſtino duodeno diutius commorata, per æſtivos calores exacerbata, & quacunque ex cauſa copioſius ſecreta, copioſiusque per ſuos ductus effuſa, membranas inteſtinorum ſumme ſenſiles rodens, & vellicans; morbus ergo affinis eſt febribus remittentibus, aut etiam continuis æſtivis, affinis itidem morbus eſt choleræ, affinis dyſenteriæ.

Indicationes ſunt eædem, quæ obtinent in omnibus his æſtivis morbis, videlicet ſunt indicationes hæ, materiem peccantem ſolvere, obtundere, & aptis viis eliminare.

2do. Debilia viſcera roborare, & avertere recidivas.

Hinc conveniunt omnis generis ſolventia, ſerum lactis ſimplex vel armatum acidis ſalibus, cremore tartari, ſalia aqua multa diluta, clyſmata omnis generis. Demum præmiſſis hiſce levioribus, purgantia, vel etiam emetica, & hæc præ purgantibus.

At vero ſi dolores increverint, ſi ab ipſo dolore majora mala metuamus, convulſiones, inflammationes, & alia dolorum ſymptomata, tunc opia-

opiata oportet etiam ingerere. Equidem nunquam oportet obliviſci opiata ſolum inducias facere, ſolum mentem fallere, criſpaturam ſolidorum tollere ad paucas horas, excretiones alvinas adeo hic proficuas ſufflaminare, hinc prodeſſe opiata ſolummodo tanquam remedia palliativa, & ut ſopitis ſpaſmis eo tutius aut emeſis, aut alvus poſſit concitari. Equidem multi ſunt & inter ultimos hiſce temporibus, recentiſſimosque ſcriptores Celeberrimus Sims, qui ſummopere damnat uſum opiatorum in colica biliofa, caſtigat ipſe Celeberrimum *Sydenhamum*, utpote magis liberalem in exhibendo opio in hac colicæ ſpecie, verum tamen opiata ſunt ſubinde admodum neceſſaria in debilibus, in ſumme irritabilibus, in infantibus, in fœminis, ſi dolor omnem omnino patientiam vincat, ſi graviora ipſo dolore mala metuantur; in hoc caſu methodus Sydenhamiana liberalis exhibendo opio, per intervalla maximopere debet commendari, non utique neglectis evacuationibus oportunis, & caſtigatio Celeberrimi Sims locum tantum habet in eo caſu, ubi nihil gravius metuendum a dolore, & ubi evacuans methodus ſufficit; ſed oportet meminiſſe vix morbum eſſe, qui tam faciles patiatur relapſus ac colica biliofa; hinc alendos eſſe ægros, tenuiſſimo victu, convaleſcentes ſedulo eſſe abſtinendum a pinguibus, ab oleoſis, aut carnibus multis, exquiſitiſſimam curam faciendam eſſe confirmatoriam, quæ abſolvitur abdominis frictione, aromaticis, motu, exercitatione, equitatione, item danda eſſe blanda roborantia, aromatica vinoſa, ſed ea ipſa doſi parca, ſed potius frequenter repetita.

Dixi-

Diximus aliam dari colicæ bilioſæ ſpeciem, quæ epidemica non eſt, ſed ſporadica, cum omnium poteſt dici tempeſtatum. Hanc Celeberrimus *Tiſſot* pulcherrime deſcripſit in egregio libello ſuo de morbis popularibus; & in ſua ad populum admonitione.

Huic colicæ bilioſæ ſporadicæ præprimis obnoxii ſunt, qui pinguibus delectantur; hinc quoties, aut pinguia ſola, aut carnes etiam non pingues, ſed multas, aut lactis cremorem multum aſſumunt, præcipue cum aromatibus acrioribus, huic inquam colicæ tunc maxime exponuutur. Sunt, qui a ſolo lacte, quod ferre nullatenus poſſunt, hanc colicam patiantur.

Cauſa ferme eadem eſt, quæ ſuperius dicta fuit, bilis nempe, ſed potius in hiſce biliformis hominibus, quam bilioſa materies, nempe ſpeciem bilis referens, rancida, pinguis effecta.

In hac colica pulſus admodum celer eſſe ſolet, ſubinde obſcurus adeo, ut eundem vix deprehendas, abdomen non tunſum; ad attactum dolor vix increſcere ſolet, urinæ in hac colica urentes ſunt, & ſtrangurioſæ, ſæpe non excretæ, & os in hac colica amareſcit, ſubinde adeſt vomitus inanis, aut etiam amaræ materiei, ſubinde adeſt levis alvus diarrhæica, & alvus fœtidiſſima clidiſſima, caput maxime plectitur in hac colica, & vertiginoſum, ſeque ſuſtinere non valens; hæc colica facillime recidivat.

Me-

Methodus medendi coincidit cum illa methodo prius explicata, & abſolvitur ſolventibus ex radice graminis, ſero lactis, cremore tartari, demum purgantibus lenioribus, manna, rheo, ſenna, & deinde ſi hæc non ſufficiunt, ut raro ſufficiunt, ipecacuanha; venæſectio in hac ſpecie colicæ non convenit per ſe; attamen ſi corpus ſit plethoricum, ſi dolor fuerit atrox, & diu perſtiterit, juvabit ſanguinem mittere, ut inflammatio inteſtinorum prævertatur.

Tertia colicæ ſpecies eſt, quam pariter bilioſam appellant; oritur hæc tertia colicæ bilioſæ ſpecies a calculo felleæ veſicæ; calculi enim ductum choledochum obſtruentes concitant nonnunquam anxietates horrendas, dolores, convulſiones, in toto abdomine, poſtmodum ſubſequitur exigua quies, quietem ſubſequitur icterus, cum urina intenſe bilioſa, denuo vero factis aliquot dierum vel & ſeptimanarum induciis, denuo inquam redeunt anxietates, & dolores abdominis, & vomituritiones, & vomitus, totaque caterva multorum chronicorum morborum, atque ita per vices hæc omnia redeunt.

Colicæ ejusmodi ſpeciem Celeberrimus *Morton* phtyſim ictericam appellavit, quam pariter Celeberrimus *Hoffmann* graphice peculiari capite deſcripſit de dolore, & ſpaſmo a calculo felleo ortis.

Hanc ſpeciem itidem pulchre deſcriptam legimus a Bœrhaave, & pulchrius imo pulcherrime ab illuſtr. *van Swieten.*

Cau-

Cauſa ergo eſt calculus obſtrue
lancinans ductum nervoſum cyſticum
ledochum, & dein bilis liberum effl
piens.

Tres colicæ bilioſæ ſpecies ſta
tia ſpecies, uti dictum eſt, eſt illa,
lis veſicæ felleæ oritur.

Cauſa ergo eſt hujus tertiæ ſp
ex materia bilioſa natus, qui obſtruit
ctum nervoſum cyſticum, vel etiam
qui bilis liberum in duodenum effluxu
contingit etiam ut ipſa bilis impediatu
ſenſim in veſicula fellea coacervetur,
dat ita, ut ferme crepet, ut coacer
eosdem ductus ſuos & veſiculam la
ſpaſmi, unde vomitus, & a ſpaſmi
ejusdem bilis, inde icterus.

Cura duplex eſt in hac tertia
ſpecie, alia enim in ipſo paroxyſmo
alia extra paroxyſmum, interim un
dum eſt, ſæpe vix medicinam locum
randa hac colica.

Plurima periclitabatur Illuſtr.

gulatam ſolvere poſſunt, aut ea remedia, qu
ſos forte calculos, ſi tamen fieri poſſit, ſol
vel vero, quæ ſi calculum etiam ſolvere nequ
ab ulteriori tamen ejusdem concretione & i
nento prohibeant.

Hunc in finem ſerum lactis, ſed copioſ
atum adhibuerant, adhibuere itidem aquas
nedicatas, ſelteranas, roitſchenſes, aliasque
pertinentes, adhibuerunt ſalia media illa mi
iti liquorem terræ foliatæ tartari, tartarum
em aliaque huc pertinentia.

Multi uſus ſunt quibusdam, pillulæ e
iis ſaponibus confectæ, ſapone veneto, i
nel, ſyrupi aperientes, ſucci herbarum,
licum ſolventium, præcipue herbarum, rad
que lacteſcentium taraxaci graminis. Illuſtri
van Swieten ſolo graminis decocto cum mell
potu dato, item gramine juſculis carnium in
erme unico cibo adhibito refert hominem ab
atum.

Hac ratione fit imprimis, ut ſpiſſeſcen
dilutior reddatur, ut calculi ſolvantur, au
eriori incremento prohibeantur, vel ſi nil
veniat, id ſaltem efficiatur, ut exitus bilis

neris ore ſumta, ano injecta, exter
emulſa potius oleoſa, clyſmata,
emollientia, toti abdomini applicata
itidem unguenta, inunctiones oleoſa
vero, ut ſpaſmi nimium quantum d
creſcant, ut ab ipſis ſpaſmis & dolor
calculi in ductu choledocho hærenti
convenit eo in caſu relaxans, & ma
remedium opiatum, ut ſic criſpatura
vatur, factoque libero exitu, calcu
inteſtinum duodenum deſcendat; veru
vomitus non ſit enormis, & ipſa dol
exacerbatio opium non expoſcat, ta
rediens ſalutare naturæ conamen eſt,
turæ nonnunquam calculum detrahent

Explicata hac tertia colicæ bili
ſpecie, cujus triplicem pariter ſubdiv
mus, progredimur ad aliam colicam i
am appellatam.

Colica inflammatoria: eſt inflam
norum; inteſtinorum inflammatio ſubdi
titur, alia enim inteſtinorum inflamma
eſt, alia vero ſuperveniens, ſympto
cundaria.

hinc illa cognitionis difficultas, hinc etiam
multorum error, qui in omni ferme colica nih
ſpiciunt, niſi inflammationem inteſtinorum,
alia majorum dolorum cauſæ eſſe poſſint,
tamen ulla inflammatio adſit, nihilominus
eſt illud, omnino omnem colicam undecu
& a quacunque cauſa natam tranſire poſſe in
enteritidem, poſſe accerſere ſibi veram int
rum inflammationem, etenim in omni dolor
co fit humorum major ad locum irritatum
xus, dolore continuo continuatur eorunde
morum affluxus, tandem inflammatio naſci
& naſcitur.

Dictum eſt, aliam dari ſecundariam int
rum inflammationem. Videamus breviter
nam illi ſint morbi, quibus jungi, & ſupe
hæc ſecundaria inflammatio ſolet.

I. Quæcunque colica a quacunque cau
ſit, ſupervenientem ſæpenumero colicam
matoriam habet, ut paulo ante dictum eſt,
licæ bilioſæ, ſaturninæ, univerſim, quæ
aliæ has agnoſcunt ſecundarias inflammat
hærnia quæcunque, incarcerata plerumque
lo poſt ſe trahit hanc colicam inflammatorian

etiam intercepto eo canali tenuiſſimam producere vitam, niſi inflammatio tandem accederet, ex qua & ex ſuperveniente gangræna plerumque ægri pereunt, hinc etiam eſt, quod, etiamſi feliciter repoſitio herniæ ſive ſacci, ſive hærniotomia facta ſit, etiam æger neutiquam extra teli jactum locatus; perire enim poteſt, ex colica reſtitante, ex reſtitante enteritide, & ſuperveniente gangræna.

Tertius morbus eſt, cui colica jungi ſæpius inflammatoria ſolet, aut cui inflammatio inteſtinorum ſupervenire ſolet dyſenteria; equidem verum eſt, dyſentericos plerumque carere inflammatione inteſtinorum, præcipue dyſentericos illos, qui in morbum hunc incidunt adulta ætate, verum etiam eſt, alvum cruentam dyſentericorum, tormina dyſentericorum nondum denotare inflammationem inteſtinorum; id evidenter a poſteriori poteſt comprobari, etenim anno præterito, ſed potius adhuc in conſtitutione magis dyſenterica biennio abhinc, multas & graves dyſenterias vidimus, ſummopere torminoſas, cruentas, & teneſmoideas absque inflammatione, curabantur itidem data radice arnicæ, diſparente cruenta alvo, diſparentibus etiam doloribus, nulla vel venæſectione facta, nullis etiam emollientibus, potiſſimum ſaltem.

Hinc apparet ſæpenumero in dyſenteria æſtiva inflammationem nullam eſſe ſtante alvo licet cruenta: nihilominus dyſenteriæ vernales, item illæ dyſenteriæ, quæ ſero adhuc autumno conſpiciuntur, quæve incidunt in tempora frigida, phlo-

phlogiſtica; hæ dyſenteriæ veram inteſtinorum inflammationem ſæpenumero ſibi junctam habent, hinc magna ut in tranſitu dicamus, magna opinionum diverſitas, & diſcrepantia circa methodum medendi in dyſenteriis nata eſt; multi enim ſunt, qui in dyſenteria vix non omnem methodum antiphlogiſticam reprobant, etiam emollientia, alii a contrario contendunt, omnimodo neceſſarias eſſe venæſectiones etiam iteratas, convenire mucilagines ſeminum cydoniorum aliaque.

Credo conciliari has auctorum ſententias diverſas poſſe, & hos, & illos verum dixiſſe, prout dyſenteria vel ſincera bilioſa fuerit, & æſtiva, vel vero verna, aut autumnalis, prout dyſenteria meraca bilioſa, vel vero inflammatione commixta fuerit.

Quartus morbus eſt, cui colica inflammatoria, & vera enteritis ſupervenire ſolet, febris ſcilicet maligna; in cadaveribus ex febre maligna mortuorum reperiuntur inteſtina graviter vix non ſemper affecta, reperiuntur inflammata, gangrænoſa, quin ullum inquam in abdomine dolorem ægri in vita queſti ſunt: ſubinde tamen in febribus malignis, quæ tales factæ ſunt, ex ſimplici febre bilioſa, plerumque tamen leviorem queruntur ægri, ut dixi abdominis dolorem; præcipue in illis febribus malignis, ubi evacuationes alvinæ fuerint in initio neglectæ, verum tamen hic dolor abdominis levitate ſua nonnunquam decipit, ut medicus nullam, aut vix ullam habeat illius attentionem, interim etſi leviſſimus dolor ſit, & ſi intra pondus

& preſſionem ſolam, omnis abdominis morbus conſiſtat.

Hæc illá dubia, fallax, latens, & periculoſá auctorum enteritis eſt, quam illi ſæpenumero deſcripſerunt, contra quam ipſimet conqueſti ſunt ſæpius, nulla dari, aut vix ulla ſigna diagnoſtica, & quam in noſocomio in cadaveribus defunctorum aliquoties reperimus.

Quinto. Colica inflammatoria ſupervenit febribus puerperarum; inflammatio inteſtinorum & meſenterii, & omenti adeo frequenter reperitur, ſi puerperæ ex morbo decedant, ut multi auctores naturam febris puerperarum repoſuerint in originaria hac inteſtinorum & abdominis totius inflammatione. plerumque tamen inflammatio hæc abdominis in febre puerperarum ſecundaria tantum eſt, plerumque orta a neglectis evacuatonibus alvinis. a neglecta putri, biliofa ſaburra inteſtinorum. Univerſim id dici debet, quinam characteres ſint veræ enteritidis, veræ inflammationis inteſtinorum.

Univerſim id dici debet, characteres eſſe admodum incertos, interim animum oportet ad ſequentia potiſſimum attendere.

In vera enteritide, dolor in uno loco fixus ſit, etiamſi diſcurrat per totum abdomen, plerumque attamen unus locus eſt, in quo continuus & fixus hæret.

II.

II. Dolor præterquam, quod alibi fixus ſit, etiam eſt continuus in vera inteſtinorum inflammatione, equidem vera inflammatio id etiam habet, ut per periodos certas, & incertas exacerbationes æger perſentiſcat, at vero nunquam plenaria intermiſſio doloris adeſt, continuus quidam dolor, & loco quodam fixior.

III. Dolor hic fixus, dolor hic continuus etiam id habet, ut attactus omnis impatiens ſit, quamvis & alii quidam dolores recuſent attactum, tamen attactus hæc impatientia, veram maxime comitatur inteſtinorum inflammationem.

IV. In doloribus a vera inteſtinorum inflammatione ortis obſervatur tenſio, & tympaniticum quid, hoc ſignum tympaniticum quid, tenſum quid, vix fallit, & conſtanter obſervatur in vera inflammatione inteſtinorum, ita quidem: ſi ſymptomaticum, hoc ſymptoma advertatur, aut præſentem, aut certo citius imminentem præſagire poſſis inflammationem, & methodum omni modo antiphlogiſticam ſecure poſſis adhibere.

Alia adhuc ſymptomata obſervantur in enteritide vera, ſed quæ certa non ſunt, ſed quæ cum aliis morbis inteſtinorum, cum aliis colicis ſæpenumero obſervantur, ſic vomituritio non raro, & vomitus bilioſus alias colicas comitatur, & veræ inflammationes obſervantur, quin vel ullus vomitus unquam adfuerit; deinde alvus non una ſeſe ratione habet, in colica inflammatoria, quibusdam enim alvus eſt, quaſi diarrhæica, quaſi ſoluta, cruenta, teneſmoidea, aliis alvus etiam

eſt fluens, aliis alvus pertinaciter obſtructa, ita quidem, ut ex alvi ſymptomatibus nihil certi poſſis concludere.

Ad diagnoſim felicius faciendam etiam oportet ſequentia notare, præter ſigna hucusque dicta, ſcilicet ad anni tempus, & univerſim ea tempeſtate, ubi alii morbi inflammatorii una cum incidunt.

Rarius obſervabimus æſtate vigente, & adulta; itidem oportet attendere, an non fuerit, aut ſit in corpore inflammatio, ſic ſæpenumero obſervatur enteritis vera cum pleuritide; una cum gravi vera inflammatoria, ſic videmus veram pleuritidem præcedentem aut non comitantem, & videmus una ſimul colicos dolores, hos dolores colicos facilius, & tutius repetes ab inflammatione thoracem egreſſa, & abdomen occupante.

Itidem attendere opportet, an æger doloribus colicis ſit obnoxius, etenim dolores colici, qui ſæpius redeunt ex levi diætæ occaſione, raro ſolent eſſe inflammatorii, colicæ illæ ſæpe recidivantes plerumque pertinent ad illam ſpeciem dolorum colicorum ſuperius explicatam, ſcilicet ad colicas bilioſas ſporadicas, ut inde facile poſſimus aliquid ſaltem concludere ex hac frequenti recurſione colicæ.

Oportet itidem in diagnoſi attendere ad victus rationem, etenim homo robuſtus ad inflammationes prædiſpoſitus facit, ut facilius cogites de vera enteritide, quam de bilioſa.

Bi-

Bilioſus e contrario, victu pingui, oleoſo uti ſolitus te diſponet, ut facilius cogites de colica bilioſa; circa prognoſim ſequentia addenda ſunt, ſcilicet:

Vera inteſtinorum inflammatio ſemper periculoſiſſima eſt, in irritabilibus ſæpenumero inter 24 horas occidit, ſæpenumero excurrit etiam ad tres dies, ſed ultra vix.

Periculoſiſſima tamen illa colica eſt, quæ febribus malignis jungitur, ita quidem, ut ſi in febre maligna videamus partem aliquam peculiariter affectam e. g. inteſtina, vix poſſis aliqua ſecuritate ſalutem prædicere.

Pervenimus ad curam enteritidis; convenit in enteritide, ſeu inflammatione inteſtinorum, methodus ſumme antiphlogiſtica, emulſa, mucilaginoſa, pauciſſima quidem, parciſſimaque doſi, ſed frequentiſſime repetita, nitroſa quamvis nitroſorum parciores, ac in aliis inflammationibus parciores eſſe debent, ano enemata injicienda, ſunt ex ſolis emollientibus decoctis, phlebotomiæ celebrandæ, balnea adhibenda, cataplaſmata emollientia applicanda, cavendum interim eſt a ſpirituoſis, ipſis etiam oleoſis non raro, ob futuram ranciditatem.

Cum colica inflammatoria quamdam habet affinitatem, quædam aliæ colicæ ſpecies, quæ quidem inflammatoria non eſt, ſed tamen a ſanguine oritur multo, congeſtoque, & abit ſubinde in colicam inflammatoriam, ſcilicet:

Colica hæmorrhoidalis oritur, ſi ani varices non tumeant, ubi alias tumere ſolebant, & tumidi tandem disrumpi, vel etiamſi ani varices tumeant, tamen more conſueto non aperiantur, ſic ſanguis, ut ita dicam, regurgitat, ſtagnat, & vaſa inteſtinorum vicinorum diſtendit, diſtenſione hac dolor abdominis oritur, colica ſic dicta hæmorrhoidalis.

Colicam hanc commitantur & urinæ incommoda, non raro ſtranguria, iſchuria, hæc inde oriuntur partim ob partium continuitatem, partim, quod primarii quidam vaſorum hæmorrhoidalium rami ad ipſam usque veſicam pertingant, & ſanguine multo, congeſtoque laceſſentur.

Curatur I. promovendo hæmorrhoides per enemata emollientia, quæ infima ani vaſa emolliendo diſtendunt, ſanguinem illuc invitant, & avertunt ab inteſtinis ſuperioribus, conveniunt itidem fotus, & vapores admiſſi per ſellam perforatam ad anum, frictiones ani, interne vero proſunt eccoprotica, ſalia imprimis media, quæ alvum blande ſolvunt, ſollicitant, & verſus infimum anum ſanguinem determinant, quamdam laudem peculiarem magneſiæ tribuunt, quam bis, ter per diem ad drachmam ſolent exhibere, ſed hic monendum, abſtinendum eſſe ab aloëticis, maſſa pillularum ruffi, aliisque aloën continentibus, aut nonniſi parce, & dolore non magno ea poſſe exhiberi, ſaltem hæc cautio maxime locum habet, in viris & malo graviori.

Indicantur in colica hæmorrhoidali ea omnia, quæ diſtenta inteſtinorum vaſa relaxant, balnea cataplaſmata, ut relaxatis ejuſmodi vaſis minus vividus dolor ſit, minorque inflammationis futuræ metus.

II. Curatur etiam hæc colica ſubſtituenda ſuccenturiatam quandam evacuationem, ſcilicet: phlebotomiam ſive ea in brachio, ſive etiam in pede, uti multi præeligunt, inſtituatur.

III. Sanguiſugis: ſed circa ſanguiſugarum applicationem quædam notanda ſunt, magni certi momenti ſcilicet: ſanguiſugas non debere applicari tuberculis hæmorrhoidum inflammatis, ſanguiſugas primum ad tubercula eſſe applicandas, ſi inflammatio omnis jam ſit diſcuſſa, ſecus enim ſi inflammato tuberculo hirudines applices, ſuppurationem ejusdem tuberculi invitabis, & anſam dabis ulceri fiſtuloſo; hæc frequens eſt ulcerum fiſtuloſorum ani origo, & inde etiam præjudicium quoddam apud multos præjudiciis vexatos contra hirudinum applicationem; interim tamen ſi colica ſit hæmorrhoidalis, ſi tubercula proſtant ibidem inflammata, hirudinum applicatio pone & in vicinia tuberculorum, magni uſus eſſe poteſt, etenim hirudines pone tubercula inflammata, ſed loco non inflammato applicatæ, duplicem utilitatem habebunt, conveniunt qua tonica, ſive localis venæſectio, medebuntur & colicæ inflammatoriæ, qua venæſectio medebuntur, etiam ipſi tuberculo inflammato, & ſuppurationem avertent, & reſolutionem invitabunt benignam, quatenus vires ſubeunt phlebotomiæ; quod ſi tuberculum non ſit inflammatum,

ni-

nihilominus magnum ſit & potius tuber exhibeat multo grumoſo ſanguine diſtentum, tum præ hirudinibus lanceola placebit; vulnus enim lanceola factum facilius iterum coaleſcit, quam factum morſu hirudinis, prætorea grumus ille ſanguinis, qui forte ſucceſſive multa mala inducere poſſet, ſi acer fieret, roderetque per latam ſatis aperturam tuberculi eximi poterit.

Quandam cum hac colica hæmorrhoidali affinitatem habet colica menſtrua, & utraque tam hæmorrhoidalis quam menſtrua colica, ad ſanguineam colicam pertinent, ſæpe tranſeuntes in colicam inflammatoriam.

Colica menſtrua. Si ſcilicet ſanguis per uterum fluere alias conſuetus nunc illuc abire prohibeatur, quamcunque ob cauſam ſuppreſſus, regurgitet ad viſcera vicina, ibique decumbat coacervatus.

Methodus medendi ferme eadem eſt, ac in colica hæmorrhoidali, dixi eadem, etenim circa venæſectionem notandum ſolum eſt, eam paulo cautius in hac colica menſtrua adhibendam eſſe, ac adhiberi ſolet in colica hæmorrhoidali, derivantia hic magis locum habere, balnea videlicet crurum, vapores itidem inter balneandum admiſſi ad pudenda, interim vapores per metronchitem admittendi in pudenda rarius ſuadendi ſunt, raro poſſunt adhiberi, præſtat ergo pediluvia ſola adhibere, ſed ea adhibita cautione, ut ad totum inferius corpus vapores hi admittantur; præter balnea, hæc proderunt: enemata non mere emollientia, ſed

ſed etiam carminantia, adhiberi leniſſima antihiſterica, quæ eo tutius adhibentur, quo minor plerumque in colica menſtrua inflammationis metus ſit, major vero ſpaſmorum, & ſpaſmi plus urgeant in colica, nihilominus menſtrua in fœminis laute viventibus, & puellis ruſticanis plenis & corpore rigido exigua ſanguinis detractio conveniet, abdomini itidem applicanda ſunt cataplaſmata partim emollientia, partim etiam carminantia.

Colica gravidarum (ſaltem ſpecies hujus colicæ in gravidis obſervatur) ad hanc pariter hæmorrhoidalem, & menſtruam pertinet, menſe 2. 3. 4ve ſæpe dolores colicos gravidæ fœminæ experiuntur ſuperfluo ſcilicet ſanguine, qui totus ad alendum fœtum non inſumitur:

Aliæ quædam colicæ etiam illo graviditatis tempore habere locum poſſunt, nihilominus hæc tamen frequentior eſt, & hæc peculiarem quoque medentis attentionem ſibi poſcit; colica etenim hæc ſæpenumero abortum facit, quem venæſectione in brachio inſtituta, quiete, diæta tenuiori & antiphlogiſtica poſſumus præcavere.

Circa abortus obſervatos hoc tempore, & circa conſuetudinem abortiendi, quædam peculiariter ſunt notanda, ſcilicet: ſi quædam fœmina frequenter abortum patiatur, indagare ſedulo medicus in cauſas debet, quas alias, atque alias in diverſis fœminis deprehendet, multæ enim fœminæ abortiunt hoc tempore ob cauſam modo expoſitam, plethoram ſcilicet ſyſtematis uterini, & totius inferioris abdominis; præcipue hoc contingit

git fœminis robuſtis; plethoricis, nullo exercitatis corporis motu. Sed quædam aliæ cauſæ abortiendi frequenter, & fors prius expoſitæ multo crebriores; quædam aliæ cauſæ huic memoratæ e contrario oppoſitæ; ſcilicet: humorum bonorum penuria, & ſolidorum, uteri præcipue laxitas, fœminæ multæ ſunt, & ſub graviditate, & ante eandem, chloroticæ diſpoſitionis, quæ menſtrua patiuntur parciſſima, loturam potius carnium referentia, vel vero, quæ menſtrua patiuntur profuſiora, quam ordinarie, & crebro recurrentia, omni tertia videlicet ſeptimana, vel omni decimo quarto die, fœminæ ſubinde hæ fluore albo, eoque diuturno laborant, & uterum habent languidiſſimum, laxum, hinc etiam uteri laxitate, & conſuetudini abortiendi obnoxiæ ſunt illæ fœminæ, quæ ſæpius pepererunt, & quæ fœtus ſuos infantes recenter natos ipſæ non lactarunt; frequens enim partus id efficit, ut ſyſtema uterinum languidiſſimum reddatur, ut uteri fibræ laxentur, & copioſior fiat illuc affluxus, quod vero infantes non lactent, id efficit, ut materies conficiendo lacti apta fuerit amandata ad uterum, & lochia paſſæ eæ fœminæ ſunt diuturniora, & copioſiora, ac paſſæ eſſent, ſi lactaſſent; hinc diuturnus ille lochiorum fluxus, qui in non lactantibus multis ſæpe ſeptimanis præſens uterum nimium quantum relaxat, hinc uterus ita elangueſcens ob dictas cauſas fœtum jam grandeſcentem retinere non valebit, eumque dimittit, fiet id peculiariter, ſi quædam accedant cauſæ occaſionales, commotiones validæ, ſive animi, ſive corporis, imprimis ira, terror, venus nimium exercitata tempore graviditatis, elevatio ponderum, ſaltus.

Has

Has fœminas invigorare, roborare oportebit ante graviditatem. Venæſectio inſtituta, & ante graviditatem, & ſub eadem, multum nocebit.

In explicatione colicarum devenimus, ad colicam ſpaſmodicam: colica ſpaſmodica plures ſub ſe ſpecies complectitur, tanquam totidem diviſiones. Verum quidem eſt, omnem omnino colicam ſpaſmos comitari, omnem omnino aliquomodo ſpaſmodicam poſſe appellari, nihilominus quædam colicæ ſymptomata habent nervorum peculiariter affectorum, & plura, & eminentiora, ut idcirco quædam colicæ mereantur per eminentiam ſpaſmodicæ appellari.

Videamus jam illas diviſiones colicæ ſpaſmodicæ, quænam hic poſſint reduci; ad colicas ſpaſmodicas reducitur.

I. Colica hyſterica & hypochondriaca. II. Colica a conceptione gravidarum, nempe primis ſeptimanis aut diebus a conceptione. III. Species colicæ ſpaſmodicæ eſt colica parturientium, quam nomine partus dolorum ſpuriorum novimus. IV. Colicæ ſpaſmodicæ ſpecies eſt colica a partu. V. Denique eſt colica ſaturnina.

Exordium faciemus a prima colicæ ſpaſmodicæ ſpecie, ſeu colica hyſterica, & hypochondriaca.

Colica ſolummodo unum ſympto
bi hyſterici & hypochondriaci, ſolum
unicus immenſæ arboris pro cauſa di
bet nimiam fibrarum muſcularium in
ventriculo irritabilitatem, quæ irritab
tus inordinatos agitur, vel a leniſſimo
is materialis ſit, ſeu ſpiritualis.

Hinc eſt: quod levis diæteticu
hyſtericam & hypochondriacam co
concitare, quod ira levis, metus, te
liud animi pathema colicam hanc invit

Remedia colicæ huic opponi
ſunt curativa, partim ſunt palliativa;
pe ea ipſa remedia, quae morbo prin
nuntur, qua de re in praeſentia non
ſumus, utpote alibi explicata; parti
liantibus: palliant autem & ſopiun
cam hyſtericam, & hypochondriacam
me carminantia ſive ore aſſumantur,
jiciantur, ſive externe applicentur;
hac colica omnia illa, quae nervis
valeant diatheſim inducere, hinc odo
noduli ſic dicti antihyſterici, hinc in
pedum plantas, ad ſuras applicata
ſcuta ſtomachica, hinc varia cataplа

viditate, vel vero tollitur antihyſtericis iisd
iisdem etiam carminantibus.

Pervenimus ad colicam parturientium :
ad illam neceſſariam, quae partum abſolvit
ad eam, quae nullo pariendi conamine ſtip
quae nota eſt ſub nomine dolorum ſpuriorum
tus, incipit a lumbis, pergit ſurſum, & antro
umbilicum verſus, verſus epigaſtrium, absqu
ſu illo uteri teneſmoideo, & deprimente fo
promovent.

Curatur haec colica parturientium vari
tione, prout varia ſubeſſe cauſa ſolet, etenim
busdam juvenibus plethoricis & multo ſanguin
gentibus, venaeſectio hanc colicam ſopit, &
partus dolores accerſit, aliis nervina profun
ſum opium refractiſſima doſi datum, praecipu
de timentibus, aliae juvantur enemate, eoqu
rio, vel eccoprotico, leviterque irritante, v
ſummodo emolliente, vel etiam carminante.

Colica a partu frequens pariter eſt, nota
colica eſt ſub nomine doloris poſthumi. Hae
lica a partu eſt, vel a continuatione contracti
uteri, ſi videlicet illi ipſi motus uteri & abdo
totius, qui partum antea abſolverant, fœtu

mit; ſubinde vero ſecundinæ validius adhæreſcentes difficilius ſolvuntur, hinc uterus contra ſecundinas contrahitur, hinc dolor poſthumus hanc colicæ a partu ſpeciem componit, dolorem hunc poſterum ab hac cauſa natum, id omne tollet, quod ſeparationem ſecundinarum facilitabit.

Notandum hic eſt, non licere quidem vi illata ſecundinas avellere, non licere digitis impoſitis illas quaſi deglubere, attamen promoveri illa ſeparatio poteſt leviter attrahendo funiculum, tunc temporis ubi dolor & conatus excludendi ſecundinas adeſt, vel vero licet etiam immiſſa manu, & apicibus digitorum oppoſitis non unguibus avulſionem jam inchoatam facilitare, & abſolvere.

Alia ſpecies colicæ poſt partum eſt a contuſione rudi, ſeu ea contuſio manu facta ſit, ſive illata inſtrumento, ſi partus fuerit difficilior, diuturnior.

Colica hæc non ſtatim a partu eſt, ſed aliquot horis poſtea, fiunt tunc periculoſæ inflammationes uteri, etiam inteſtinales, viſcerumque; gravis hæc colica eſt, & ſæpenumero lethalis, & omnem omnino antiphlogiſticum apparatum poſcit, hinc emollientia ore & ano injicienda.

Alia poſt partum colica obſervatur, quæ febrem puerperarum ſymptoma 2. 3. 4. 5tove primum die obſervatur, imo etiam ſerius accedit. Cognoſcitur hæc colica ſymptoma febris puerperarum ex aliis ſymptomatibus & characteribus febrim puerperarum notantibus, quam febrim toties

ties in noſocomio anno priori vidimus, cujus etiam vidimus gaſtricam originem; pertinet hæc colica ad illas, quæ ſaburrales appellantur, ad bilioſas, putridas, pituitoſas.

Methodus medendi eadem convenit, quæ ipſi febri puerperarum opponitur.

Notandum eſt: nullam puerperam eſſe absque dolore colico omni prorſus, hinc non ſemper medicinam faciendam eſſe omni puerperæ dolores colicos quosdam habenti; etenim primo ſecundinæ, dein grumi ſanguinis lochialis per vices utero expelluntur doloribus ejusmodi, qui quodam modo dolores partus æmulantur, verum tamen hic medicinam non poſcunt, niſi exacerbati ſint, niſi feroces evadant, plerumque hi conſueti puerperarum dolores a partu mites ſunt continui, ſed redeunt per intervalla, etiam dies, prout longius a partu provehuntur, rarius accedunt absque magno incommodo, deinde dolores hi ſemper ſtipantur expulſione corporis cujusdam alieni, grumi videlicet ſanguinis coagulati lochialis, atque hos dolores puerperarum ordinarios nec ſopire poſſumus, nec etiam convenit, eosque noſcimus ab aliis colicorum dolorum ſpeciebus, ex characteribus paulo ante dictis, & allatis.

Alia colicæ ſpecies ſpaſmodicæ, quam colicam pictonum appellant.

Colica pictonum, varia nomina ſortita eſt, olim præcipue, etenim ab aliquibus dicebatur colica ſcorbutica, a plerisque aliis vero convulſi-

va, cum circa annum 1639. in agro dicto Vienenſi ferme epidemice graſſaretur colica quædam, ea primum appellari cœpta eſt colica pictonum, quemadmodum autores differunt in ipſo hujus colicæ nomine, ſic etiam diverſimode opinantur circa ejusdem cauſas. Magnif. *de Haen* inter cauſas recenſet venena ſaturnina, febres male curatas, acrimoniam humorum in hypochondriacis & ſcorbuticis, menſium, lochiorum, & tranſpirationis ſuppreſſionem, iram frequentem, frequenter ſuppreſſam, uſum Vrum vitæ, vinorum acidorum, fermentantium, perfrigerationem frequentem corporis, & diuturnas & frequentes alvinas obſtructiones; alii quidem non negant, colicas ab omnibus hiſce cauſis poſſe provenire, attamen id aſſerunt, illam colicam a plumbatis productam, eſſe morbum ſpecificum & ſui generis, quem nulla hucusque cauſa præter plumbum produxiſſe fuerit obſervata, & colicam ſaturninam vere pictavienſem debere appellari.

Miſſa diſquiſitione de cauſis colicæ pictonum videndum eſt, qui potiſſimum peculiari hac colica laborent; ægrotant inde pictores, atque ii maxime, non omnes, ſed qui utuntur pigmentis ſaturninis, dein ægrotant maxime inde illi, qui pigmenta hæc conficiunt operarii, laborant figuli, ſed illi tantummodo, qui operam dant vaſis incruſtandis lythargirio, vel potius operarii figulorum, qui adhibentur ad lythargirium in pollinem conterendum, laborant inde politores, qui poliunt mediante quadam rota ſtannea, plumbea aut admiſta aliqua portione plumbi, laborant inde pharmacopæi,

pæi, qui plumbata varia ratione tractant, ubi vel pulveres hauriunt, cum plumbata in polinem terunt, vel vero, ubi plumbum in vapores reſolutum in conficiendis emplaſtris ore accipiunt, ægrotant ex colica ſaturnina illi, qui remediis ex ſaturnino confectis utuntur.

Novimus apud Chinenſes ſacharum ſaturni, & univerſim plumbata remedia magno in uſu eſſe, an etiam frequens ſit ibi hæc colica ignoro; ſi non ſit, certe ſolummodo ideo non erit, quia non ſatis magnas plumbi doſes accipiunt; plumbo vim refrigerantem adſcribunt, & etiam ſcopo refrigerante, uti nos nitrum, exiguas doſes præſcribunt, ſed novimus in variis antiquis diſpenſatoriis plumbata remedia laudari ad gonorrhæas inveteratas comprimendas.

Certiſſimum eſt plumbum agere in ſyſtema uropoëticum, teſticulos retrahi, rotari, retrahi penem, conſtringi penem, & urinam minui, ſtranguriosam ſubinde mitti, ſubinde vero penitus ſufflaminatur.

In uſu quoque plumbata remedia fuere, & apud aliquos adhuc ſunt, ad ſanandos albos fluores fœminarum pertinaces, item ad exſtinguendam venerem, ad involuntarias nocturnas pollutiones ſiſtendas, & ut loqui amant, ad ſemen exſtinguendum, etſi mea opinione hæc nihil poſſint efficere, niſi eatenus, & ea quantitate aſſumantur, ut partium ad generationem facientium quædam quaſi paralyſis ſequatur. Adhibebatur, hodieque a multis minus peritis adhibetur ſacharum ſaturni,

vel alia plumbata remedia ad inducendam ſterilitatem; novimus in Ruſſia morem hunc obtinere, vel inter plebeculam, ut illius nationis meretriculae plumbata accipiant, ad obtinendam ut ſibi perſuadent, vere vel falſo ſterilitatem.

In uſu quoque fuit ſaturnus ad ſudores nocturnos colliquativos comprimendos; ad comprimendas colliquativas phthyſicorum diarrhaeas eo fine adhibebatur, ut alvi fluxus ſupprimatur, cum ſciamus vix pertinaciorem alvi obſtructionem obſervari, quam illa eſt, quae ab aſſumto ſaturno provenit.

Remediis quibusdam antiphlogiſticis plumbata miſcebantur, ſed contingit, ut ſubinde plumbum intra corpus ingeratur mediante vino adulterato, novimus enim vinum, vina acida, auſtera, acidiſſima edulcorari poſſe adjecto plumbo, hinc ſaepe contingit, ut integrae communitates, monaſteria hac colica pictonum fuerint comprehenſa, cum omnes eodem vino uſi eſſent; ſed & butyrum ſubinde adulteratur admixta ceruſſa, quae ſuo pondere majus pondus butyro conciliat, & majus pretium.

Videamus jam, antequam ad diverſas methodos explicandas progrediamur, pleraque huius colicae ſymptomata, quae in II. Tomo rationis medendi legi poſſunt.

Cura varia eſt, ſi omnes methodos ab omnibus hucusque auctoribus ſaltem plerisque uſurpatas conſideremus.

I.

I. Methodus erit applicanda, methodus draſtica; II. Methodus involvens; III. Eccoprotica; IV. Erit methodus nervina; V. Methodus tentans hanc colicam, per quaedam ſic dicta ſpecifica; VI. Methodus erit narcotica; VII. Methodus ex quibusdam aut plerisque hic nominatis, & recenſitis compoſita.

Videamus jam omnes haſce VII. methodos, quid boni, quid mali ſecum ferant, & ubinam locorum cuilibet methodo locus ſit aſſignandus.

Primam methodum dixi draſticam: draſtica hæc methodus ingerit emeto-catarctica, eaque non qualiacunque, ſed graviora, violentiora, & doſibus quadruplicatis. Hæc methodus eum ſcopum habet, ut venenum ſaturninum valide adhærens inteſtinis & ventriculo valida quoque & magna vi excutiatur, hinc magnas tartari emetici doſes dant, ſcammoneum, jalappam, gummi guttam aliaque. Verum tamen hæc methodus ſola, colicam hanc non ſtercoream, non bilioſam, non putridam, ſed ſaturninam, & certo ſaturninam certo etiam reddit graviorem.

Quod catarctica concernit, id verum eſt, alvum rariſſime reſerari, ſaltem in morbo graviori, purgantia hæc graviora in emetica tranſeunt, & ſpaſmi inteſtinorum ab hoc ſtimulo remediorum accedunt ad ſtimulum veneni, ſpaſmi inquam ſæviores fiunt, dolores graviores.

Hinc methodus potenter evacuans ſola, ut alias colicas ſubinde putridas ſanat, bilioſas nem-

pe, ſtercoreas, ortas a materia putrida, ſic tamen certe hanc nunquam ſanat, ſi conſtet eam vere ſaturninam, non ergo ullius eſſe uſus evacuantia remedia, verum id aſſero, evacuantia hæc in initio morbi & directe, qua remedia antiſaturnina non convenire. Inferius dicam, ubi remediorum horum draſticorum locus eſſe poſſit, & quibus ſub conditionibus.

II. Methodus eſt eccoprotica, abſtinet hæc methodus a draſticis reſinoſis purgantibus & emeticis; rem omnem hæc methodus conficere ſolet, ſero lactis, caſſia, tamarindis, ſalibus mediis, ſale amaro, manna, & enematibus. Hæc methodus in morbo leviori ſæpenumero ſatisfacit, materiem enim blande involvit, & absque turbis incidit, & educit, verum tamen certæ exſtant obſervationes, experimenta certa, leviorem ſolum modo gradum, neutiquam majorem curari poſſe, inferius dicetur, quandonam eccoproticis locus ſit, & quem in uſum poſſint adhiberi.

III. Methodus eſt involvens, præſcribit lac, oleoſa varia, mucilagines, decocta mucilaginoſa, præterea adhibet enemata emollientia, potiſſimum ex ſeminibus lini, fœnugræci, adhibet etiam venæſectionem, adhibet balnea, ſemicupia, vapores, præcipue clyſma vaporum a Clariſſ. Tiſſoto adhibitum, ubi vapores aquæ tepidæ intra anum immittit, verum tamen & leviſſimus ſolummodo morbi gradus ſanatur hac ratione.

Hæc in morbis indolis ſpaſmodicæ quidem indicantur, quatenus fibras nimium tenſas, & irrita-

ritatas, criſpataſque relaxans, verum tamen ſi ſola ſint, ſi morbus gravior ſit, hæc ſola neutiquam ſufficiunt.

IV. Methodus eſt nervina, ſive antiſpaſmodica, quæ præſcribit olea varia, aromatica, ſtillatitia, præſcribit aquas aromaticas, acida mineralia dulcificata, gummiferulacea, moſchum, caſtoreum, ſuccinum, camphoram, myrrham.

Hæc ore aſſumi debent, hæc etiam per modum frictionum, hæc itidem adhibentur in ſcutis ſtomachicis, verum etiam hæc remedia colicas graviores raro ſanant, aut nunquam, proſunt potius contra quasdam colicæ ſaturninæ effectus, contra paralyſim ſaturninam.

V. Methodus eſt ſpecifica, vel illa methodus, quam aliqui agnoſcunt quaſi ſpecificam: adhibent antimonium crudum, alii ejusdem quædam præparata: ſulphur v. g. auratum antimonii, alii remedium invenire volunt in floribus ſulphuris, alii in alumine per os aſſumto, verum tamen nullum remedium eſt inventum, quod hoc titulo ſpecifici poſſit ſubire.

VI. Methodus eſt narcotica, hæc morbum aggreditur largis & repetitis opii doſibus, hæc ratio medendi ſæpe votis reſpondet, ſpaſmos enim a plumbatis inductos potenter ſolvit, fibras inteſtinorum ſtupidas reddit, easque relaxat, ut minus poſſit plumbum in fibras inteſtinorum agere, hinc ſoluto inteſtinorum ſpaſmo pertinax alvi obſtructio ſponte ceſſat, ceſſat & vomitus ſubinde,

& enormes abdominis cruciatus, verum tamen & hæc methodus multis incommodis ſtipatur, nam I. quidam ſunt, in quibus plus ſaturnus valet irritando & ſpaſmos inducendo, quam opium eosdem ſolvendo, & II. in colica ſaturnina multa occurrunt, quæ largiorem præcipue opii doſim contra indicant, ut id poſterius videbimus.

VII. Tandem methodus eſt quædam compoſita ex omnibus hiſce hucusque enarratis, ita quidem ut modo enémata, & apparatum omnem emollientem adhibeant, modo purgantia, modo emetica in eodem homine eodem in morbo, modo etiam interponant opiata.

Priusquam methodum determinémus, prius videndum eſt genus morbi, & varia ejusdem cum aliis complicatio. Ad pervidendum morbi genium I. nótandum eſt: Scilicet, quod plumbum maxime in primas vias delatum forma pulveris, item forma vaporis, ubi materies plumbata per vapores in altum elevata, ore hauſta, ſaliva irretita deglutitur, hinc eſſe præcipue morbi ſedem in ventriculo, & inteſtinis. Notandum II. nocere plumbum, non tantum intra primas vias receptum, ſed etiam probabilius receptum intra pulmones, hinc etiam ibi, utut forte minus quam in primis viis videntur nocere.

Quæſtio hodiedum, inter auctores agitatur, an plumbum externe applicatum ejusmodi effectus æque poſſit producere; inter recentiores Anglorum obſervationes multæ exſtant, quæ innocuum plumbum externi uſum demonſtrant, etiam aliæ ex-

exſtant, quæ vim ejus deleteriam videntur demonſtrare, etſi plumbum tantum externe fuerit applicatum. Credo uſum externum plumbi aut nunquam aut rariſſime eſſe nocivum; id ex eo deduco, quod doſes plumbi non mediocres ore aſſumtæ ſæpenumero adeo ſint innoxiæ, quod plumbum aſſumptum non noceat, niſi largius aſſumatur. hinc vim ejus exiſtimo non adeo deleteriam eſſe, ut plumbum externe applicatum poſſit morbos producere. Notandum III. eſt, plumbum agere in fibras muſculares inteſtinorum, præcipue vim muſcularem irritabilitatis, partim nimium intendendo, & demum etiam poſt hanc nimiam intenſionem, illas penitus elidendo, deſtruendoque. Notandum IV. plumbum ore aſſumtum plerumque pertinaciſſimas alvinas obſtructiones inducere, ita ut alvus primo immorigera, deinde penitus clauſa ſit multis ſæpe diebus, ex qua obſervatione id ſequitur: ſæpenumero cum colica ſaturnina alias, aliarum videlicet ſpecierum colicas conjungi, videlicet colicas ſtercoreas, ob id ſolum, quod alvus diutius maneat obſtructa, hæc obſervatio magni momenti eſt, quod plerumque non ſolum agamus contra compoſitam, nempe ſtercoream. Notandum V. eſt, plumbum continuo laceſſere inteſtina, & ventriculum continuo laceſſitu, & vellicatione aſſidua ſyſtematis gaſtrici, humores gaſtricos ſecerni copioſiſſimos, bilem præcipue copioſius ſecerni præ reliquis humoribus, hinc qui colica ſaturnina laborant, ſimul exhibent ſymptomata colicæ bilioſæ, omnes qui colicam ſaturninam habent ore amaro ſunt, vomunt flava, viridia, æruginoſa, linguam exhibent bilioſam, ita quidem ut colica ſaturnina ſæpe habita ſit pro ſimplici bilioſa, & vice verſa colica

bi-

bilioſa pro ſaturnina, melius diceremus colicam bilioſam cum ſaturnina conjungi. Notandum VI. eſt, curato licet morbo ſaturnino relinqui tamen multifarios ejusmodi effectus.

Effectus colicæ ſaturninæ hi ſunt. Paralyſis artuum inferiorum, ſed maxime ſuperiorum, rheuma chronicum, etiamſi curati ex colica perfecte ſint, nihilominus diuturnis articulorum doloribus infeſtantur per intervalla redeuntibus.

Alius colicæ effectus eſt, aſthma pertinax ſpaſmodicum, etiam humorale, ſolus colicæ ſaturninæ effectus.

Cum plumbum agat in vias urinarias, hinc alius hujus colicæ effectus eſt hydrops, etenim inverſus liquidi urinalis motus facit prohibitam ſecretionem, & excretionem uberiorem urinæ, ita ut urinis ſubſiſtentibus hydrops oriatur.

Alius effectus colicæ ſaturninæ eſt diuturna alvi difficultas, reſtitans per omnem omnino vitam, ſi enim colica diutius duraverit, tunc inæquales inteſtinorum amplitudines conſequuntur, ita ut inteſtinum alicubi peramplum ſit, in aliis vero locis conſtrictiſſimum, quod varios & diuturnos per intervalla recurrentes dolores colicos efficit, & chronicam inemendabilem alvi difficultatem.

Ad effectus colicæ ſaturninæ pertinet diſpoſitio animi peculiaris, curata colica per omnem vitam non emendanda, ſcilicet aſpectus quaſi maniacus; & ſubtriſte quid.

Hinc

Hinc ut apta cura fiat, debemus videre, I. Quid colica ſaturnina ſibi remedia poſcat; II. Quænam remedia debeant adhiberi contra illas, quæ cum colica ſaturnina plerumque complicantur, & demum III. quænam remedia adhibenda ſunt contra colicæ reſtitantes effectus.

Explicatæ ſunt quædam proprietates, & ſymptomata colicæ ſaturninæ, pervenimus ad curam, quæ reſpicere debet, imprimis colicam ſaturninam ſolam, alio morbo non commixtam; II. Reſpicere cura debet alias colicas ſimul plerumque commixtas, & denique III. effectus poſt morbum ſaturninum obſervari ſolitos.

Colica ipſa ſaturnina ſi ſola ſit, petit I. remedia, irritatas fibras & ſpaſmos ſopientia, videlicet emollientia, inviſceantia, mucilaginoſa, hinc clyſmata emollientia, oleoſa, clyſma vaporum, ubi vapor æque intra anum immittitur Tiſſoti exemplo eodem ſcopo emolliente, fibras irritatas criſpatasque relaxante, conveniunt balnea, ſemicupia, cataplaſmata ad totum abdomen, quæ quidem omnia remedia inter palliantia tantum pertinent, aut ſaltem leviora; multis oleoſi hauſtus in uſu ſunt, qui quidem inſigniter emolliunt, inviſcant, ſed ob rationem inferius dicendam forte rarius conveniunt, gummi arabicum aut aqua ſimplici ſolutum, aut ſolutum in lacte, præter emollientia & inviſcantia externe, interneque adhibenda.

Al-

Altera indicatio eſt ſpaſmos non ſolum relaxantibus, ſed etiam nervinis & narcoticis ſopire, potentiſſimum remedium ſolvens ſpaſmos ſopiens, eſt opium, quod non ſolum mentem fallit, ut dolorem alicubi exiſtentem non ſentiat, ſed reipſa irritabilitatem ad aliquot ſaltem tempus minuit, aut penitus ſuſpendit, ita quidem, ut etſi adſit irritans ſtimulus, is tamen inefficax ſit, minusque potens in irritabilitatem muſcularem aliquo tempore ſufflaminatam; quod ſi ſpaſmus vehementiſſimus ſit totius abdominis, ita ut apoplexia aut inſultus epilepticus immineat, hinc præmiſſa largiori venæſectione opium omnimodo indicatur, etenim ad remedia ſpaſmos ſopientia, ſed potius ſpaſmos tantum modo palliantia etiam venæſectio pertinet; indicantur præterea potus multi, qui ipſi ſua copia venenum ſaturninum enervant; III. Indicantur evacuantia, plerumque enim non ſufficit enervare, involvere, emollire, ſopire, ſed reipſa hic ſtimulus ſaturninus ore & ano enervari debet.

Notandum itidem eſt, etiamſi ſerius evacuantia dentur, iis tamen nunquam diutius inſiſtere debere; ſed mox recurrendum eſſe ad narcotica, & opiata. Circa evacuationes ea ſolennis regula uſum habet, ut finita primum evacuatione. narcotica dentur, tandem præ omnibus hiſce præſtitis conveniunt roborantia, nervina, ut ſuffocato dolore evacuato ſtimulo ſaturnino debitus denuo vigor inteſtinis reſtituatur.

Inter nervina celebratiora recenſentur hoc in caſu gummiferulacea, caſtoreum, moſchus, campho-

phora, cortex peruvianus vel ſola amaricantia, hæc præcipue locum habent in colica ſaturnina, ſi ea ſola ſit, qualis tamen plerumque non eſt, aut vix unquam eſſe ſolet; etenim multa ſæpe colluvies bilioſa adeſt, cum nullus colica ſaturnina laboret, quia ſigna bilioſiſſima ſimul non exhibeat; cum alvus in plerisque ſaltem pauciſſimis exceptis pertinaciter ſit obſtructa, hic multa antiqua ſcybaloſa ſtercorea, collecta ſunt, ut idcirco præter ſtimulum ſaturninum, & bilioſum, ſtimulum etiam habeant, ut ita dicam ſtercoreum, ut plerumque colica ſaturnina commixta ſit cum bilioſa & ſtercorea.

Hæc res multam ſæpenumero in cura difficultatem facit, cum, quæ ipſa colica ſaturnina exigit, bilioſa & ſtercorea averſetur, etenim colica bilioſa & colica ſtercorea opium raro aut nunquam admittit, cum e contrario ejus petat largiorem uſum colica ſaturnina, ſed præter has duas colicas tertium ſubinde accedit, quod morbum difficilſimum facit, nempe ſi aut acrior adſit bilis, ſtercora paulo acriora, ſi ipſa colica ſaturnina diutius jam duraverit, ſi æger juvenis cæteroquin ſit, multo & phlogiſtico donatus ſanguine, tunc ſæpenumero tertium quid, inflammatorium quid accedit, ut idcirco & agendum habeamus cum colica ſaturnina, cum acri bilioſo, & cum enteritico quodam ſymptomate; hæc res difficiliorem idcirco curationem facit, quod opium vix non penitus omitti debeat ſtante hoc ſymptomate inflammatorio, quod etiam evacuationes ſive per alvum, ſive per vomitum faciendæ debeant aliquantum cohiberi.

Cor-

Certæ regulæ, quæ ubique loc
vix poſſunt præſcribi, cum res tot
pendeat a ſedula medici penſitatione,
expendat, qualenam malum, an ſat
biliofum, an enteriticum operam expe
ſequentes canones poſſunt obſervari.

I. In colica pictonum absque v
colica non ſit graviſſima, cura erit o
mediis ſalinis etiam armatis, applicat
nematibus, & cataplaſmatibus, injec
to, deinde uno alterove die, ſi vo
neus non accedat, ſi dolores enormes
mina nulla ſint, quæ celeriorem oper
dandum eſt remedium evacuans, præ
ticum exhibere, aut emeto catarcticu
aut non præmiſſa venæſectione prout
præſens requirit.

Hac methodo colicam ipſam
turninam non curabis, niſi omnino
attamen locum facies remediis poſ
tius applicandis, ut poſſis nervina
gummiferulacea, & ſuperiora, ut po
tutius ingerere, hinc præmiſſis & ſ

o(⁀)o(⁀)o

denuo ejus uſum ſeponere, & interpolare op
rum uſum remediis levioribus purgantibus.

II. Canon eſt, quodſi ipſius colicæ ſym
mata urgeant, ſi e. g. adſit in initio ſtatim v
tus bilioſus copioſus, gravis, qui ileum minite
tunc cura non debet ordiri dicta ratione, ſci
ſolventibus, & emeticis, ſed ſtatim acceden
erit ad exhibitionem opiatorum, etenim ſi qu
lieni in ventriculo & inteſtinis eſt, vomitus
ſymptomaticus per ſe jam evacuat, & locum
futuræ etiam medicationi narcoticæ.

Symptoma opium expetens, id quider
initio ſtatim eſt, etiam dolor enormis, etſi v
tus non adſit; contingit enim ut dolor adeo g
ſit, ut per lectum volutetur æger, qui, ſi ſibi
tius relinquatur, non potenter componatur ad
quod ſaltem tempus, ſua ipſa acerbitate inf
mationem, & ſymptoma enteriticum invitat,
opium ſtatim in initio exhibendum erit, non
miſſo etiam ſolvente, non præmiſſo evacuant
medio; ſed præter opium convenient hic o
generis emollientia abdomini applicanda, or
ano ingerenda, & ſemicupia conſopito vero
opiatorum dolore, eſt denuo tentanda evacı

graviora, & vomitum, ſi is nondum adſit, certo invitabit. Hinc ſi alvum videas multis diebus & pertinaciter obſtructam etiam curam ordiri debes ab opiatis; novimus, quod opium ſua ſponte alvum obſtruat, in hominibus quibusdam tardiſſimam reddat, attamen in colica ſaturnina, ubi vehementes inteſtinorum ſpaſmi alvum pertinaciter claudunt, opium potius alvum reſerat, quatenus cauſam alvinæ obſtructionis, ſpaſmum videlicet potenter ſolvit, injecto poſtmodum opio, primum enematibus, demum purgantibus remediis reſeranda alvus erit.

IV. Canon erit, quodſi iſchuria ſuperveniat, & plenaria urinæ ſuppreſſio, quod ſymptoma non infrequens eſt in colica ſaturnina, tunc præter opium præſtat venæſectionem largiorem inſtituere, & adhibere apparatum omnem emollientem, vapores ſunt injiciendi in anum, clyſmata omnis generis emollientia, cataplaſmata ad abdomen; & præcipue balnea; ſi autem omnia hæc non profuerint, opus erit ſpaſmum illum alia ratione ſolvere, qui vias urinarias adeo potenter claudit: videlicet aut acer ſynapiſmus ad ſuras erit applicandus, vel vero veſicantia alio in loco apponenda, ut facta ibi irritatione ſpaſmus a viis urinariis avietur.

Canon medendi quintus erit, ſcilicet in inſultu epileptico, in inſultu apoplectico proderit primo larga venæſectio; II. Balneum; III. Artuum frictiones, ſynapiſmi ſed acerrimi, & veſicantia; IV. Emeticum, ſi inſultus epilepticus, aut apoplecticus acceſſerit in colica ſaturnina præcedente

dente ante vomitum; tunc loco emetici potius opium proderit.

VI. Canon erit, in furore maniaco accedente ad colicam ſaturninam, quod ſymptoma pariter ad illa pertinet, quæ ſubinde accedunt, proderunt ea omnia, quæ prodeſſe dixi in inſultu epileptico aut apoplectico.

VII. Canon ſit, quod ſi tympaniticum abdomen evadat, etiamſi nullus dolor amplius ſit in abdomine, tunc opium penitus omitti debet, debet omitti quidquid inteſtina poteſt ſtimulare, largæ tunc venæſectiones ſunt inſtituendæ, & in uſum vocandus apparatus omnis antiphlogiſticus, tympaniticum enim abdomen, vel modiciſſime tympaniticum ſatis ſecure docet inflammationem quandam inteſtinorum debere exſpectari, inſidiantem viſceribus abdominalibus.

VIII. Canon eſt, colicam pictonum febre quidem carere, nihilominus morbo paululum protractiori eos incipere febrire, incaleſcere, horrere; hoc ſi fiat, cautiſſimi debemus eſſe in uſu opiatorum, aut opiata penitus ſeponere; etenim febris colicæ ſaturninæ ſuperveniens, plerumque ſolet eſſe putridæ & malignæ ſpeciei, neque infrequens eſt videre homines ex colica ſaturnina decumbentes, qui ſopitis doloribus, colica percurata, in febres malignas inciderunt; exempla in noſocomio noſtro habuimus. Hoc ſi contingit, ea ipſa cura facienda erit, quæ alias locum habet in morbis illis malignis, qui ſuam originem ex colluvie gaſtrica ducunt; hæ regulæ potiores in

colica ſaturnina obſervandæ, quamvis, uti dixi, pars curationis ab ipſo remedio dependeat.

Videamus breviſſime, quænam methodus medendi ſit finita colica, ſi ſors paralyſis ſuperveniat. Paralyſis curatur, ut tantum pauciſſima aliqua remedia commemorem, frictionibus abdominis, itidem ſpirituoſis, ſpiritu ſerpilli; formicarum, atque omnibus illis remediis, quæ humorum affluxum valent augere ad artum exſolutum, tinctura cantharidum frictione applicata ad ipſum artum emaciatum, & exſolutum, frictione inſtituta alumine plumoſo, applicatione rubefacientium, ſynapiſmorum; peculiarem quendam uſum thermæ habent ſulphureæ, uti noſtræ Badenſes; interne vero camphora boni uſus ſolet eſſe, item balſama, balſamum v. g. peruvianum, olea ſtillatitia, item decocta reſinoſa, ſaſſafras, guajaci, decocta herbarum & radicum ſtimulantium, ſerpentariæ v. g. virginianæ, item remedia alterantia, ſulphur auratum antimonii, item diæta vinoſa, præcipue ex vino dulci.

Explicata colica ſaturnina pervenimus ad colicam quandam metaſtaticam appellatam, quæ potiſſimum tres ſpecies complectitur. Scilicet *colicam a tranſpirabili ſuppreſſo, colicam a materia arthritica & podagrica, & colicam a materia rheumatica.*

Ad varias ergo colicæ ſpecies, pertinent etiam colica metaſtatica, ſi illa videlicet oriatur a depoſitione certæ cujusdam materiei ad inteſtina.

Hæc

Hæc colica metaſtatica, uti mox dictum eſt, tres potiſſimum ſpecies celebratiores ſub ſe continet, colicam nempe a perſpirabili ſuppreſſo; II. Colicam a materia arthritica, aut podagrica recurrente; & III. Colicam a materia quacunque alia rheumatica.

I. De colica a materia perſpirabili ſuppreſſa, dolores colici oriuntur perſæpe a perfrigeratione, ſi aër videlicet frigidus ventrem afflet; contingit id iis, qui vento adverſo iter faciunt, qui noctu ſtragulis male tecti & nudi cubant, qui pedibus nudis per frigidum aliquot pavimentum incedunt, aut qui æſtuante corpore potum frigidum glacialem aſſumunt.

Cura ſæpenumero perverſa adhibetur; cum medicamenta in hoc morbo ſolita, aromatica & ſpirituoſa, facile inflammationem aut præſentem augeant, aut abſentem invitent; hinc juvant potius ſequentia remedia: primo frictio pedum pannis calidis, & dein balneum crurum tepidum, aſſumto interim levi infuſo florum chamomillæ, ſambuci, tiliæ, eoque copioſo, & tepido. In graviori dolore juvat totus apparatus antiphlogiſticus, emolliens, clyſma emolliens, & oleoſum, quod ſi dolor vehementius urgeat, corpus robuſtum ſit, venæſectionem præmitti, & iterari ſubinde debet; facta ſic phlebotomia, applicatis enematibus, & cataplaſmatibus, admiſſo vapore, applicato balneo, aut ſemicupio, proderit granum unum aut dimidium opii, quod & dolorem ſopit vi ſua partim ſpecifica, partim etiam illa, qua ſuppreſſum perſpirabile denuo ad cutem ablegat; quod ſi hæc

omnia nil proficerent, prodeſt emplaſtrum veſicatorium ſuris applicatum; hæc de colica a perſrigeratione, ſive a perſpirabili ſuppreſſo.

Pervenimus ad ſecundam ſpeciem colicæ, nempe:

Metaſtaticæ, ſcilicet a materia podagrica recurrente; hac colica illi laborant, quibus paroxyſmus podagricus emanet, quibus materies podagrica ad inteſtina recurrit. Hæc metaſtaſis ex vitio multiplici contingit, vel enim ob vitium quoddam diæteticum ab ægroto commiſſum tempore paroxyſmi, qua re fit; ut materies podagrica locum deſerat, & ad inteſtina recurrat. II. Materia podagrica ad inteſtina ſubinde recurrit ob plethoram, ſi circulus ſanguinis vix non ſit ſuffocatus ob nimiam humorum cæteroquin bonorum quantitatem, ſeu plethoram, & circulum ſuffocantem, materies ad artus ablegari nequeat. III. Cauſa hujus metaſtaſeos eſt priori cauſæ recte oppoſita, ſcilicet vis vitæ nimis debilitata, ſenectus multa, ita ut ob ipſum virium defectum. materia ad extremos artus ablegari non poſſit. IV. Cauſa, quam ſæpe materies podagrica ad locum conſuetum non deponatur, eſt, quod artus tophacei ſint, & incapaces accipiendæ amplius materiei podagricæ, hinc materies intra viſcera remanet, & ſæpe ventriculum ac inteſtina occupat, atque colicam hanc podagricam excitat. V. Cauſa eſt, metaſtaſis hujus materiei podagricæ, uſus perverſus remediorum repellentium, ſi videlicet materies locum conſuetum jam petierit, ſed æger denuo eam, applicatis repellentibus vi urſerit, cogeritque, ad interna

na redire; videmus ex harum cauſarum enumeratione, non unam eandemque methodum medendi eſſe hujus colicæ podagricæ, curam deſumendam eſſe ex ipſa cauſa, quæ materiem recurrere facit ad inteſtina. IIItia ſpecies colicæ metaſtaticæ, eſt colica rheumatica, quemadmodum materia rheumatica diverſas corporis partes occupare poteſt, & diverſos morbos producere ſolet. Quemadmodum v. g. materia rheumatica lumbos occupans, *lumbaginem* efficit, aut femora ſuprema occupans *iſchiadem*, aut ophtalmiam humidam ſi oculos petat, aut *coryzam* ſi nares, aut anginæ ſpeciem ſi fauces, aut *catharrum* ſi aſperam arteriam & pulmones, ita enim eadem materies metaſtatica rheumatica colicos dolores efficiet, ſi ad inteſtina fuerit depoſita.

Cura hujus colicæ in eo conſiſtit: I. Ut materiem rheumaticam ad inteſtina depoſitam avertamus ad alium quemcunque locum minus noxium, deinde ut materiem rheumaticam determinemus ad urinas, renes, & veſicam, vel vero ad poros cutaneos, id efficit potus multus emolliens, tepidus, fotus ſimilis ad abdomen, ad totum reliquum corpus applicatus, regimen leniter diaphoreticum, & his nihil proficientibus, veſicans ad abdomen; hæc illa colica eſt, ubi veſicans abdomini appoſitum, tam egregiam, tam citam opem fert. Male applicatur veſicans in quadam alia colica, ſcilicet in vera inflammatione inteſtinorum, ſive in colica inflammatoria.

Alia ſupereſt ſpecies colicæ, ſcilicet ab alienis non comeſtibilibus corporibus in cavo inteſtinali hærentibus.

I. *Colica a calculis*, novimus a Morgagnio præcipue, calculos ſubinde naſci, non tantum in veſica urinaria, renibus, veſica fellea, ſed in ipſis inteſtinis, in tubo inteſtinali, calculos hos majores effectos, aut ſuo pondere, aut ſpiculis, acuminibus irritare inteſtina, & colicam a calculis inteſtinalibus naſci.

Huc quoque pertinet ceraſorum, prunorum, aliorumque fructuum injectio, ab acu deglutita, a vitro comeſto, & in fruſta dentibus comminuto, prout harum cauſarum exempla plura exſtant in hiſtoria medica.

Cura generalis erit, per enemata, item per potus multos emollientes, oleoſos mucilaginoſos.

Ad hanc colicam etiam illa reduci poteſt, quam excitant purgantia valida, præcipue reſinoſa, quæ colica, ſi oriatur a dicta cauſa, eadem ratione curari debet, ac illæ prius enumeratæ, emollientibus ſcilicet, oleoſis, lacte multo, & demum etiam paregoricis datis. Ut vitemus has colicas, quas ſubinde reſinoſum medicamentum infert, proderit ea non dare, niſi iis, qui facilius ferunt purgantia reſinoſa, aut reſinam pineis, amygdalis, ſubigere.

Ad has colicas pertinet etiam colica verminoſa.

Co-

Colica verminoſa ſubinde atrox eſt, præcipue tunc, ſi vermes arrodere nitantur inteſtina, & terebrando, ſic colicam exhibent, dolor hic ingens a vermibus inteſtina terebrantibus. Sopitur hauſtu oleoſo, & ſi hic ne quidquam proficiat, certe ſopietur emeſi concitata, dein vero ſopito hoc dolore, proderit curam radicalem, & anthelminticam inſtituere, ope purgantium ſalinorum, reſinorum, ope incidentium, oxymelle ſquillitico, roborantibus, marte, præparatis martialibus, cortice peruviano, amaris, vitriolo martis, raſura ſtanni puriſſimi, radice dictamni albi, valerianæ, ſylveſtris, ſemine ſantonici, extracto nicotianæ. Sed plura adhuc celebratiora anthelmintica ipſimet repetere poſſumus a ſcriptoribus materiæ medicæ.

Tandem huc pertinet colicæ ultima ſpecies, quæ itidem ſuam diviſionem patitur, nempe colica a prava inteſtinorum conditione, & a ſtructura ipſorum inteſtinorum vitiata. Solummodo vitia communiora inteſtinorum hic nominabo.

Sic oriuntur colicæ a vitiata ſtructura inteſtinorum, a vitio nempe ſuppuratorio, a ſuppuratione nempe inteſtinorum, a vitio inteſtinorum cancroſo, a vitio ſcirrhoſo; itidem colica ſæpenumero obſervatur a loco quodam inteſtini anguſtiori facto, ut ab anguſtia præternaturali. Habuimus priori anno exemplum ejusmodi anguſtiæ præternaturalis in fœmina ſenicula, in noſtro Noſocomio Nro. 52. decumbente, ubi colon immanem in molem diſtendebatur, & in initio inteſtini recti, ubi illud connectitur cum colo, erat anguſtia præ-

ternaturalis, pertenuis, ita ut vix ſpecillum potuerit traduci.

Hæc de omnibus ſpeciebus colicæ dicta ſunto, nunc coronidis loco quasdam regulas, & quosdam canones reliquos apponamus ad omnes, in omni omnino colica obſervandos.

Regula prima erit, in omni colica inquirendum erit in herniam, an non alicubi hernia lateat, hoc maxime indagare debemus in fœminis, quæ ex intempeſtivo pudore hernias negant; non ſolum hic fidere poſſumus confeſſioni ægri, vel ægræ, cum ſæpenumero laborent, quin vel ipſi ægri vel ægræ ſciant, herniæ exiguæ, perquam exiguæ ſunt, ut ab ægris non advertantur, & incarceratæ, dolores colicos perniciofos lethales faciunt; exempla ipſimet habuimus, vidimusque in Noſocomio.

Secundus canon practicus hic erit: in omni colica, a quacunque cauſa illa oriatur, ſtudere ſemper debemus, ut alvus habeatur aperta, in omni colica expedit alvum apertam eſſe, quod tamen aliter non ſemper poſſumus obtinere, niſi enematibus emollientibus, & leviſſime tantum irritantibus, hinc in omni colica, utcunque cauſa lateat, huic indicationi ſtudere debemus.

III. Pro aphoriſmo & regula practica, etiam id debet haberi, ſcilicet, quod in omni colica, ſi illa diutius perſtet, ſi illa gravior ſit, quæcunque ſubſit cauſa, quod tandem ſero inflammatio ſoleat accedere, quæ inflammatio plerumque in gangrænam

nam tranſit; ex hac obſervatione id requiritur, quod in omni colica diutius durante, & gravius affligente, ſemper ſaltem prophylactice vena ſecari debeat; quod venæſectio etiam ſubinde iterata nunquam noceat, etiamſi morbus ipſe, & cauſa colicæ talis ſit, ut per ſe, & directe venæſectionem non petat.

IV. Regula practica hæc erit: cum in omni colica ſpaſmus ſit, & fibrarum criſpatura, hinc in omni colica, quædam remedia habebuntur univerſalia, quæcunque demum cauſa ſubeſſe poſſit, quædam habebitur methodus univerſalis: conſiſtit, in applicatione emollientium, in balneo emollientium, in balneo emolliente totius corporis, in cataplaſmate, & ad totum abdomen applicato, & emolliente, & enemate crebrius injecto, & pariter emolliente, & parca venæſectione, hæc enim remedia, hic apparatus emolliens, fibras quaſcunque cauſa irritatas, criſpataſque relaxabunt.

V. In omni colica accuratiſſima diagnoſis fieri debet, antequam hanc methodum univerſalem, & palliantem poſſumus accedere, ad remedia etiam propriora; hinc antequam certus non ſim de natura ſpecifica colicæ oblatæ, & curandæ, nunquam accedere debeo ad uſum remediorum ſpirituoſorum, ad uſum opiatorum, emeticorum, purgantium, utut mitiſſimorum, utut antiphlogiſticorum dictorum, hinc quamdiu certus de ſpecifica hac colica ſum, v. g. de colica bilioſa, de inflammatoria, de colica pictonum, quamdiu inquam de hac certus non ſum, debeo ſolum modo methodo univerſali inſiſtere, quam paulo ante nominavi,

navi, & tum ad uſum remediorum ſpecificorum non licebit accedere.

VI. Pro canone peculiari obſervari in cura colicæ debet illud, quod Hippocrates obſervari voluit in omnibus omnino morbis, quod tamen peculiarem attentionem meretur in cura colicæ, ſcilicet non nocere, ſi prodeſſe non poſſumus: deterior vix erit alius morbus, quam morbus colicus perverſe tentatus, hinc quamdiu non conſtat de ſpecifica indole colicæ, debemus id obſervare, non videlicet nocere, ſi prodeſſe nequeamus.

III.

JOSEPH POLZA

STYRI FEISTRICENSIS

DISSERTATIO

DE

DOLORE CAPITIS.

Inter tot, tamque diverſas capitis adfectiones morboſas, dolorem ejus frequentiſſimum ſane ac communiſſimum malum eſſe cenſeo, quod non ſolum plurimorum morborum præcipue acutorum, vel prodromus, vel comes aut ſatelles ſit fideliſſimus, verum ſæpe etiam tanquam morbus princeps per menſes & annos mortales miſerrime divexet, quo fit, ut tota animali œconomia perturbata, tandem ſenſus in- & externi vacillent, & miſeri ad quævis vitæ munia peragenda non ſolum reddantur inepti, ſed tandem etiam ob diuturnitatem, & intolerabilis ſæpe mali ſævitiem vitæ ipſius vix non fiant pertæſi.

§. II.

§. II.

Dolor capitis varias a variis auctoribus ſortitus eſt denominationes, tum ex breviori aut longiori ejus perſeverantia, tum ex varia plaga, quam potiſſimum infeſtare ſolet, aut demum a cauſis præcipuis eum efficientibus petitas, quæ ſingillatim pertractare juvat, ut videamus, quid ſcriptores medici ſub diverſis his denominationibus intellexerint; hinc ſequitur primo.

Cephalalgia, quæ dicitur capitis dolor recens, & tranſitorius a græco Κεφαλη caput & αλγεω doleo. Hanc Hippocrati ſub nomine ecplexis veniſſe, teſtatur Celeb. Sauvages in noſol. tom. 2. p. 49. ubi ſimul eam dicit eſſe *capitis gravitatem, vel ſenſationem moleſtam, quæ refert caput interius diſtentum, turgidum, & quaſi gravatum:* porro cauſam ejus aſſignans ait, *veroſimile eſt, hujus cauſam eſſe infarctum ipſius corticis cerebri, qui licet refectus dolorem acutum non inferat, ſenſum tamen obſcurum obtinet, cum ejus vaſa quocunque modo diſtendantur, & turgent.*

Cephalæa a græco Κεφαλη caput, & αγω laboro, vel ago: Crotaphus Cæl. Aureliani Cap. 22. juxta eundem differt a cephalalgia, quod hæc acuta, illa vero chronica ſit; hinc quoque hodiernis definitur, capitis dolor pertinax, inveteratus, & difficulter cedens, vehementes habens exacerbationes a levi cauſa ortas.

Alia adfectionis ſpecies eſt *carebaria:* vocabulum hocce, ſi originem ejus ſpectes a χαρυ ca-

caput & *βαρυ* grave, deſignat gravedinem, ſeu gravitatem capitis ſæpe cum levi deſipientia conjunctam.

Eſt etiam doloris capitis ſpecies, quæ *clavus* audit, ſive paſſio in parva capitis parte, ſive doloris ſpecies clavum infixum referens: ejus ſedes communiter eſt ſupra oculum in ſupercilio, & ſenſum doloris producit, ac ſi pars capitis clavo, vel terebello perforaretur, hinc etiam originem duxit.

Clavus hyſtericus, qui eſt ſpecies cephalalgiæ mulieribus infeſtæ, ubi in quadam ſincipitis parte acutiſſimum dolorem, quaſi a fruſto glaciei impoſito ſentiunt.

Una hæc ſupereſt doloris ſpecies ſub nomine *Hemicraniæ* auctoribus veniens, gallis *migraine* dicta, quando ſcilicet dimidia tantum capitis pars dolet, reliquo hemiſpherio intacto manente; hanc doloris ſpeciem, mihi nuper obſervare contigit in juvene, gonorrhœa ſphyllitica laborante, qui, quoties ab aſſumpto mercurio ſalivatio inſtaret, diram hemicraniam conquerebatur, quæ denuo, dum ab ulteriori uſu mercurii abſtineret, & juſſu medici purgans aſſumeret, una cum ſignis inſtantis ſalivationis diſparuit, poſt unam alteramve diem, repetito uſu remedii mercurialis rediens denuo.

Hæc, quantum novi, ſolenniores & uſitatiores dolorum capitis ſunt denominationes.

Se-

Sedem dolorum capitis, quod
variam ſtatuunt, alii in perioſteo, in
alii, alii alibi eam quærunt; hac tam
de difficulter quid certi ſtatui poſſe cr
genii mei vires eousque extendi lu
quæ ſufficiant ad tot clariſſimorum
troverſias diſcriminandas; interim in
quovis alio morbo, quem dolor con
vos adfici, ſana phyſiologia docet.

§. III.

Supereſt nunc, ut de diviſione d
quædam dicam: is vero dividi ſolet
cum, & ſympathicum: ille adeſſe
cauſa materialis, ſeu materies morb
cum dolore locum occupat; hic ver
& materies morbifica, ſeu cauſa mor
locis hoſpitant, uti cephalalgia, quæ tr
ræ in ventriculo hærenti. Alii hunc
dicunt per conſenſum, quibus autem
vages noſol. tom. 2. p. 48. ſententiam
nit, quam ſequentibus declarat: *Falſu*
ait, *dolores ſympathicos tribuendos*
ſæ, quæ ſit remota a parte dolente
eſt, ullam cauſam agere, ubi non
concludit, errant, qui cauſam ceph

ſtat: eſto fuerit inſpiſſatus a ſaburra ſto in ſanguinis maſſam transfuſa, illa cepha optime diſcutietur, & præcavebitur uſu em licet principium proximum hujus referatur put, quo dolor etiam refertur: commotic ab emetico facta, poteſt ſanguinem in ipſo diſcutere, & ſaburra eliminata futuri dolo mul præcaveri poſſunt. Qui itaque morbi quosdam ſunt ſympathici, juxta alios d theoria imbutos idiopathici ſunt; arbitra itaque illa morborum diviſio, & a theoria dens ſæpius erronea.

Quid huic Celeberrimi Sauvages ſen veri aut falſi ſubſit, dijudicare, neque huju eſt, neque virium mearum; controverſiarum arbitrum agere, tum imbecillitas ingenii m limites propoſiti, tum etiam reverentia erga claros, & celeberrimos in arte viros proh Ego vero ejusdem celeberrimi viri hac in re gia ſecutus, diviſionem juxta varias cauſas p mum amplexus ſum, utpote viam tutiſſima medicum cum in aliis, tum etiam hoc in optime dirigentem.

§. IV.

aut motu quocunque febrili exagita
cto, vel in ſanguine quacunque
Secundo, in ſero acrimoniis ſcatent
te, ſeu pituita. Tertio, in materi
podagrica, arthritica, ſcabioſa &c.
retropulſa ad partes internas. Qu
qualitate vel quantitate peccantibu
vitiis ſolidorum. Sexto, in vermib
talium &c. Septimo, denique in
mia.

Cujuslibet cauſæ, quousque
tioni huic propoſiti conceſſerint, a
nabo; hinc enim ipſa medendi meth
varietate cauſæ clarius innoteſcet.

§. V.

Sanguis qualitate bonus, ſed
cans, ſeu plethora creat cephalalgi
pterea ſæpius citatus Celeb. Sauva
adpellat. Cognoſcitur autem ex
ræ ſignis tum etiam ex pulſu raro
inquit, *obſervavi in gravibus ca*
pulſum rareſcere, nec ſemper fac

Natura hanc ſpeciem cephalalgiæ pr
in juvenibus, quorum vaſa laxiora ſunt, &
tui ſanguinis facilius cedunt, ſanare ſolet pe
morrhagiam narium; ars vero per methodu
phlogiſticam, ſcilicet per venæſectionem, n
menta attenuantia, injungendo diætam ve
lem, refrigerantem, & evitationem relic
cauſarum generandæ plethoræ faventium.

Hujus cephalalgiæ varietates ſunt:

Cephalalgia catamenialis: eaque d
una, quæ inſtantem catameniorum fluxum
dit, hisque erumpentibus evaneſcit: altera
oritur a totali ſuppreſſione, & emanſione m
orum: utraque vero mulieribus periodice &
ter quolibet menſe ſupervenit.

In curatione ſecundæ ſpeciei cephalalg
tamenialis attendendum erit medico ad ipſa
ſam ſuppreſſionis menſtruorum, quæ cum va
ſe poſſit, patet non ſemper iisdem remedii
ſes pellendos eſſe.

Cephalalgia hæmorrhoidalis altera eſt p
ricæ varietas, & commune hæmorrhoida

Freunden dauerhafter Geſundheit gewidmet. Berlin und Stettin, auf Koſten des Publikums.

Sequitur porro *cephalalgia gravidarum*, de qua agens Celeberr. Sauvages ſic ait: *Quandoque gravidas vehemens divexat cephalalgia circa frontem & oculos, palpebræ difficulter attolluntur, imo, quod pejus, ſopor accedit minime levans; huic gravi malo, ex quo pejora metuenda ſunt, illico phlebotomia etiam repetita, ſuccurrendum eſt; hic morbus, ſi continuat, ſub graviditatis finem magis metuendus eſt. Aorta ſcilicet ab utero compreſſa ſanguis in ſupernis partibus retinetur, inde metuenda apoplexia, eclampſia &c.*

Sed alia adhuc obſervatur in gravidis cephalalgia, ab hac, quam nunc pertractavimus, multum diverſa, cujus, quantum recordor, Celeberr. Auctor mentionem nullam facit, illa nimirum, quam gravidæ præter alia ſymptomata, uti nauſeam, vomitum, odontalgiam &c. primis poſt conceptum diebus experiuntur; hanc a priori ideo diſtinguo, cum diverſam medendi rationem expoſtulet: non enim oritur a ſanguine verſus caput determinato, uti prior, ſed a ſingulari mutatione nervorum in conceptu prægreſſo a ſemine virili, ut Phyſiologi volunt, inducta; hinc non tam venæſectionibus aut aliis evacuantibus, quam remediis nervinis, antiſpaſticis, antihyſtericis levabitur.

§. VI.

§. VI.

Ad cephalalgias, quarum cauſa hæret in ſanguine, commode referri poſſe credo *cephalalgiam febrilem* Celeberr. Sauvages, diverſam a cephalalgia febricoſa ejusdem, de qua inferius agemus. *Illa*, febrilis nempe, *morbus eſt*, inquit, *frequentiſſimus in quocunque febrium ordine, niſi potius ſymptoma adpellare velis. Oritur autem ab impetu ſanguinis ſolito majori ad encephalon facto, quo fit, ut preſſio lateris in vaſa ſanguifera creſcat; ſed cum ratione Aſtheniæ febrilis æger horizontaliter jaceat, impetus cruoris in vaſa capitis major eſt, quam cum ſtamus, ergo duplicem ob cauſam preſſio lateralis vaſorum capitis major evadit.* Hanc cephalalgiam in febribus acutis cum urina tenui, pellucida phrenitidem, id eſt, delirium portendere aſſerit, maxime ſi æruginoſa vomant ægri, & ſi cum ſurditate eſt pervigilium, ut docent prorrhetica; ſi dolor capitis vehemens in hoc caſu ſubito deliteſcat, ſignum eſt delirium aut ſoporem accedere, quod ſi fiat ſine cauſa evidenti, ut a criſi, phlebotomia &c. peſſimum eſt.

Curam hujus cephalalgiæ indoles varia febris, cujus ſymptoma fuerit, determinabit.

§. VII.

Ad primam claſſem cauſarum porro pertinent omnes illæ, quæ ſanguinem ad caput ita determinant, ut inde plethora topica oriatur, & vaſa encephali nimium diſtendantur. Huc ſpectat ſanguis

orgaſticus, ut in febribus continuis, aut in ſtadio caloris intermittentium &c.

Cauſæ ſanguinem rarefacientes, & plethoram ſpuriam efficientes, uti calor æſtivus in itinerantibus, meſſoribus. De cephalalgia ex hac cauſa orta Doct. Hudeliſt. Diſſert. de Cephalalgia p. 24. ita habet: *Quæ ab inſolatione æſtivo tempore cephalalgia phrenitidem lethalem aut apoplexiam cito inducit, his ardor frontis a manu tangentis percipiendus, caput vero quaſi inane adparet, oculi lucem fugiunt, ſcintillant, facili motu cientur, ſcotomia oboritur, ſomnus laborem faciens obrepit, celeriterque expergiſcuntur, in iram proni, aſperſu aquæ frigidæ delectantur, juvat vena in fronte ſecta, purgans antiphlogiſticum, emulſio nitroſa, aër frigidus.*

Rarefaciunt quoque ſanguinem exercitium corporis immodicum qualecunque, præcipue æſtuante ſole, uti lucta, ſaltus, curſus, venus, opium, ſpirituoſa, aromática aſſumpta. Ad caput urgent diurnæ aut nocturnæ meditationes, ſtudia intenſa, curæ, vigiliæ, lucubrationes profundæ, ira vehemens, balnea, ſemicupia nimis calida, vel frigida calenti corpori repente adplicata. Omnium harum cauſarum agendi ratio ex pathologicis facile patet; unde & medendi methodus intelligitur.

Aliæ vero cauſæ ſanguinem non tam ad caput determinant, quam liberum inde refluxum ejus impediunt. Tales inter animi pathemata præcipue ſunt triſtitia, mœror diuturnus: hæc enim actio-

actionem pulmonum ſupprimunt; hinc in diu & valde contriſtatis dolor capitis: pulmones tuberculis obſeſſi, pituita craſſa infarcti, a vomica clauſa, ab empiemate, ab aquis in cavo thoracis collectis compreſſi: hinc non infrequens eſt dolor capitis in aſthmaticis, puellis chloroticis, phthyſicis, in quibus congeſtionem ſanguinis in encephalo deſignat facies florida, genæ roſeæ.

Idem fit in fæminis, quæ formoſitatis putatitiæ cauſa totum abdomen thoraculis coarctant, quo & reſpiratio, & circulatio ſanguinis per viſcera abdominalia plurimum læditur: in juvenibus, militibusque collaria arcta geſtantibus, ut læte rubentem faciem præſeferant, quo fit, ut oculi extrorſum tumentes rubeant, rubeat integra facies, ſæpe etiam ob turgentes ſanguine venas plane liveſcat. Idem obſervatur in illis, qui per plurimam diei partem capite antrorſum inclinato ſcriptitant, quibus certe capite, imo toto corpore erecto, & absque collari ſcribere conveniret.

Dolor capitis ſimili fere ratione vexare ſolet eos, quorum inteſtina fœcibus copioſis, antiquis repleta, vel viſcera abdominalia quacunque ratione obſtructa & infarcta ſunt; inde enim fit, ut ſanguis per has partes inæquabiliter diſpenſatus illuc majori copia ruat, ubi minorem invenit reſiſtentiam, ſcilicet ad caput, & vaſis cerebri nimium diſtentis, turgentibus, cephalalgiam, cephalæam, ſors & alia mala magis periculoſa producat.

Cauſæ igitur nunc recenſitæ ſua methodo, quam hic uberius pertractare & nimis longum, & ſuperfluum foret, auferendæ ſunt, quibus ablatis etiam capitis dolor, tanquam harum effectus tollitur.

§. VIII.

Nunc ad alias cephalææ ſpecies tranſire juvat, quarum cauſæ non in abundantia ſanguinis ſeu plethora, vel univerſali, vel topica, vera vel ſpuria, ſed in ſanguine a ſana ejus indole recedente, vitiato, & varie corrupto deliteſcunt.

Binas præcipue ſpecies cephalææ hic examinabimus, veneream nempe, & ſcorbuticam.

Dolor capitis diopathicus ſæpius originis eſt venereæ, & duplici ratione oritur: primo quatenus miaſma ſyphiliticum per maſſam ſanguinis oberrans per vices quoque ad encephalon delatum, ibidem acrimonia ſua nervos vellicat: vel quatenus varia vitia interna oſſium cranii, ut nodos, tophos, exoſtoſes, ſpinas, & cariem producit; hinc orta ſanies, & ſpicula oſſea facilem horum dolorum præbent explicatum. Solet vero hæc cephalæa ſyphilitica noctu plerumque exacerbari, fors, quia ægri tales in ſtragulis & plumis copioſis quaſi ſepulti jacent, unde calor ortus humores rarefacit, febriculam excitat, circuium humorum auget: hinc dolor capitis, dolor extremorum lancinans, rheumaticus quaſi, tortura venereorum nocturna dictus, qui in ſurgentibus mane, & in aëre libero ob-

obambulantibus mitigatur denuo, aut etiam penitus ſilet.

Eodem fere modo res ſeſe habet cum cephalæa ſcorbuticorum, horum enim dolores, rheumaticos fere æmulantes pariter noctu exaſperantur: unde cautela ſumma opus erit, ne hos dolores nocturnos illico pro ſigno latentis luis accipiat medicus. Venerei ſubin etiam de die eosdem dolores experiuntur; accedit, quod dolores alii uti podagricorum, arthriticorum pariter veſperi & noctu exaſperari ſoleant, perinde ac dolores venereorum, qui ſudoribus verſus auroram obortis, iterum ceſſant, ſequenti nocte redituri denuo. Error hac in re, quam maxime practicus a medico incauto committi poſſet, ſi ex doloribus hiſce nocturnis mox ad præſentiam luis concludens ſcorbutico medicinam faceret antivenereā, cum conſtet a remediis mercurialibus ſcorbutum peſſime exaſperari.

Præterea pleræque febres, uti rheumaticæ ejus indolis ſunt, ut una cum ſuis ſymptomatibus veſperi exacerbentur: quæ res iterum confirmat, cephalæam perinde ac aliarum partium dolores veſpertinos ſive nocturnos diverſæ originis eſſe poſſe. Cephalæam nocturnam venereorum ab alia ſæpe non ſine magna difficultate diſtingui, ipſius Celeb. Sauvages obſervationes docent; Clariſſimus enim hic Vir, agens de ſignis cephalææ ſyphiliticæ ſequentia adfert: *Ea*, inquit, *præterquam, quod ſigna ſyphilitidis malæ curatæ obtinet, & quod noctu, dum æger lectulo incaleſcit, ferociat, nulla criteria propria obtinet: etenim vidi hanc ſpeciem*

ita catarrhali affinem, ut niſi hydrargyroſi ceſſiſſet, & noctu exacerbaſſet, pro catarrhali eam habuiſſem. Vidi, continuat porro, *hanc ſpeciem a biennio ſævientem, noctu exacerbantem, quam pro rheumatica medicus ordinarius habuerat, proindeque phlebotomias repetitas præſcripſerat, juſculaque edulcorantia, ſed incaſſum; æger ſcilicet virus venereum celaverat, ſanguis erat uti in rheumatiſmo gelatina alba, craſſa obductus, cum demum accerſitus confeſſionem virus venerei extorſiſſem, adhibita hydrargyroſi æger convaluit*, tandem addit: *hæc ſpecies neglecta exoſtoſes cariesque inducit.* Sic quoque Ballonius aliquoties pertinaces cephalalgias, & hemicranias decocto lignorum ſe curaſſe teſtatur, quæ proinde probabilius a lue venerea ortum duxere.

Ex dictis igitur abunde patet difficultas & neceſſitas fomitem hujus mali rite diſtinguendi, & cognoſcendi, ut ne in caſſum tam ægrum, quam ſemetipſum torqueat medicus. Ut tamen criterium quoddam habeamus, quo hæc duo mala, cephalæa nimirum venerea & ſcorbutica aliquatenus ſaltem diſtingui poſſint, ad hæc attendere oportet: quod venerei mane e lecto ſurgentes ſat commode habeant, agileſque denuo ſint; contra vero ſcorbutici hoc tempore licet a doloribus, quibus noctu vexabantur, forſan immunes, languorem quemdam ſingularem, & laſſitudinem membrorum moleſtam abſque ulla refectione a ſomno prægreſſo experiantur, quæ primo poſt facta quædam exercitia corporis diſparet, quamque pridie, dum decumberent, non ſentiebant.

De

De cura utriusque hujus cephalææ non eſt, quod dicam, utpote a tot celeberrimis viris uberrime traditam; eam enim in curatione morbi principalis conſiſtere cuilibet innoteſcit: id ſolum monendum habeo, effectus luis non ſemper tolli, quantumvis lue ipſa ex integro percurata; hæc enim, quamdiu in fluidis hoſpitatur, medelam ſolummodo, & curationem admittit, ubi vero jam in ſolidis vitia produxit, mala inde oriunda non raro ad optima quævis remedia rebellia manent.

Hinc fit, v. g. ut ſi a topho venereo interno, vel exoſtoſi cephalæa oriatur, ſubinde omnia in caſſum tententur, & ægri per diuturnum remediorum antiſyphiliticorum uſum vix non toti exhauriantur, quin tamen ullum exinde levamen mali percipiant. Nollem tamen hæc ita accipiantur, ac ſi omnes tophi venerei incurabiles eſſent, ſunt omnino curabiles, vidi ipſe curatos, id tantum aſſero, eos non ſemper curari poſſe.

§. IX.

Alter dolorum capitis, aliorumque hujus partis morborum fomes hæret in ſero, quod in cavitatibus variis cerebri, vel inter membranas ejus collectum, vel mole ſua id opprimit, vel contentis ſpiculis ſalinis, aut acrimoniis variis nervos vellicat; id, quod Celeb. Frid. Hoffmannus in ejus pathologia generali parte prima, cap. 6. pag. 99. de morborum, & motuum morboſorum cauſis agens ſequentibus indicavit: *Serum impurius*, inquit, *membranas capitis & cerebri lancinans, hemicranias, cephalalgias, & convulſiones parit.* Et pro-

profecto ſæpius obſervatoribus practicis ex hac cauſa viſi ſunt atroces, & diuturni capitis dolores, quos tandem delirium, & ſopor apoplecticus excepit. Ejusmodi compreſſiones cerebri a ſero in capite accumulato, quas plerumque dolor capitis qualiscunque demum præceſſerat, uti & mortes inde ſecutas aliquoties in Noſocomio Sanctiſſimæ Trinitatis mihi perinde ac aliis videre contigit. Hæ depoſitiones ſeri in diverſis febribus, plerumque vero in putridis non adeo infrequentes ſunt, quas communiter alvus moroſa, & nonniſi enematibus acrioribus ſollicitanda, pulſus celer & parvus, urina parca, cutis pertinaciter ſicca & imperſpirabilis prænunciant. Dolendum ſane eſt, quod hæ metaſtaſes ſeroſæ ſæpe nulla ratione præcaveri poſſint. Ipſis etiam veſicantibus, utut a plurimis eo fine adhiberi ſoleant, adeo non impediuntur, ut potius accelerentur; id, quod multiplici obſervatione edoctus celeberrimus & expertiſſimus, mihique ad cineres venerandus praxeos Clinicæ Prof. *Maximil. Stoll* ad ipſos lectos ægrorum ſæpius coram diſcipulis ſuis conqueſtus eſt: Et ſane a veſicantibus hoc in caſu effectum deſideratum non obtineri, mirum non videbitur, ſi actionem eorum perpendamus: urinam enim, quantamvis ad crebriorem ejus depoſitionem incitare videantur, ſupprimunt, ſupprimunt & alvum, quæ tamen, ſi fluidior, & obſequioſior reddi poſſet, forte metaſtaſes has unice præverteret.

Ejusmodi metaſtaſes ſeroſæ in hydropicis ſæpe ſubitaneæ mortis cauſa ſunt. Contingit hoc, quando tumores aliarum partium v. g. abdominis, ſcroti, pedum, in quibus aquæ collectæ ſunt, decre-

cre-

creſcunt, aut penitus diſparent. Incipiunt tum conqueri levem dolorem capitis, mox incidunt in ſoporem, ex hoc in apoplexiam, quæ vitæ & morbo finem imponit: ad hanc metaſtaſim præcavendam optime conducit ſitus ægri erectus, inſeſſio ad ſellas, obambulatio, evitatio ſitus horizontalis vel ſupini: præter reliqua remedia antihydropica etiam ſcarificatio ad malleolos facta, ſed exigua, ne ſubita depletio aquarum ægrum ex Kenengea perire faciat: forte hic ſi unquam bonum effectum præſtaret cucupha ex veſicante raſo capiti applicata, ut ſerum ſtagnans vi cantharidum reſolvente, incidente, & ſtimulante denuo in circulum ageretur.

§. X.

Huc etiam cephalalgiam catarrhalem referendam puto, quam Celeb. Sauvages duplicem ſtatuit: unam externam, quæ cutim, ut ait, tantum adficit, quæque ex duplici phœnomeno patet: nempe ex cutis capillatæ rubedine, & dolore tactum refugiente, qui etiam capillorum pectinatione exaſperatur.

Altera eſt altior, & capſulam aponevroticam, qua involvitur cranium, afficit; atque ut prior coryza, tuſſi, ſternutatione ſe prodit, & maxime ex eo, quod dolor tactu, frictione ſedatur. Hic dolor quandoque eſt ſævus & pertinax cum tinnitu, ſtrabiſmo, viſu duplicato prout in vicina organa ſerpit fluxio, ac catarrhorum more ad quadraginta dies extenditur.

Cura-

Curatur juxta eundem Celeberrimum Virum phlebotomia una vel altera, ſi opus fuerit, catharſi, potu theato, diæta mediocri, ſuffitu vario. Cum autem, ait porro, ab aëris frigiditate & humiditate procedat morbus, evidens eſt, perſpirationem tegumentis calidis, ſiccis, aëre calido, exercitio, potu calido eſſe revocandam, quod raſio capillitii denſioris etiam præſtat. Videtur etiam veſicans huic cephalalgiæ conducere, perinde ac aliis adfectionibus rheumaticis.

§. XI.

Pituita frequens dolorum capitis, aliorumque hujus partis morborum cauſa non immerito jam ab ipſis veteribus incuſabatur; unde factum eſſe puto, ut in antiquis diſpenſatoriis tot diverſæ compoſitiones pillularum cephalicarum reperiantur, quarum potiſſima virtus eſt incidens cum ſtimulo, ſeu reſolvens.

Familiaris quoque capitis dolor eſt illis, quibus pulmones tenaci pituita obſeſſi ſunt: uti peripneumonia notha laborantibus; unde Celeb. Sydenhamus reliquis hujus morbi ſignis etiam dolorem capitis adnumerat. Ex his autem facile colligitur, curam hujus cephalalgiæ conſiſtere in incidentibus, reſolventibus, ſaponaceis, evacuantibus, eccoproticis; qualia ſunt, ſalia media, antimonialia, gummiferulacea &c. hic etiam locum habent errhina, ſialagoga, purgantia, clyſmata, acria, univerſim ea, quæ in morbis frigidis & humorum indole pituitoſa indicata ſunt.

§. XII.

§. XII.

Tertia cauſarum claſſis continet exanthemata, & acrimonias quasdam, quæ partes externas occupantes, nunc ad internas retropelluntur. Huc ſpectat eryſipelas, quod externe remediis variis repercutientibus, præcipue ſaturninis tractatum ad interiora recedit, quod ubi caput petit, creat ab initio diram cephalalgiam, mox in phrenitidem lethalem abituram, vide illuſtriſſimi Præſidis L. B. de Störk præcepta medico practica tom. I. p. 307. ubi de eryſipelate ad cerebrum delato agens ſequentia adnotat: *Dum eryſipelas*, ait, *ſubito cerebri petit menynges aut ad ipſum deferatur cerebrum, vehementiſſima in his partibus exoritur inflammatio, intolerabili hi ægri excruciantur cephalalgia, cui brevi accedit furor, & non raro violentiſſimi ſe adjungunt ſpaſtici ſubſultus, quos plerumque mors ſequitur.* Sæpius vero non tam ad caput, quam ad inteſtina ruit, licet æquali cum periculo, præcipue ſi de illa ſpecie eryſipelatis fuerit, quod bulloſum vocant, eo, quod brevi ab exortu ſuo bullulas gangræneſcentes præſeferat: quodſi contingit, æger mox continuum & intollerabilem abdominis dolorem conqueritur, dolorem adeo atrocem, ut vel leviſſimum attactum refugiat: medicum accedentem a longo horret, & inter ejulatus continuos rogat, ne ſibi abdomen tangat. Hæc atrocia doloris inter inflammationem inteſtinorum eryſipelatoſam, & vulgarem præcipuam fere ponit differentiam; nam vera, & genuina inflammatione inteſtinorum laborantes aliquem ſaltem ferunt attactum, eryſipelate interno correpti plane nullum; quæ res medici attentionem ſummam

mam in omni prognoſi requirit, ut r
inflammationem adeſſe putans, ſpem f
ægro & adſtantibus alat, quam paul
eventus, mors ſcilicet inopinata fruſt
modi eryſipelas enim, prout in exte
que in internis partibus citiſſime in
vergens, ægrum intra duodecim, ad
ginti quatuor horas necat, niſi adhuc
ritabilior fuit, ob ſævitiem doloris co
reat. Tam repentinæ morris ex hac
nientis ratio conſiſtere videtur in eo,
internæ externis multo delicatiores irri
ferendis tantis injuriis, quibus hæ pe
tam aſſueverunt nullatenus pares ſint.
phalalgiæ ab hac cauſa ortæ, quod a
vitatis gratia ad ejusdem illuſtriſſimi
ctatum de eryſipelate benevolum le
lego.

§. XIII.

A materia arthritica, podagrica
bus reſtitante, vel huc ab externis r
ras cephalalgias aliaque mala funeſtiſ
ci ex obſervationibus practicis abunde c
ſa vero ſtaſium internarum hujus mat
mum duplex eſt, vera nempe, aut

Patet hinc ratio medendi in his circumſt
patet quoque non ſemper iisdem remediis
materiam ad articulos revocandam eſſe, pat
nique neceſſitas ſumma, veram debilitatem a
rite diſtinguendi. Sic quoque materia ſca
herpetica externo uſu pinguium & adſtringe
ad interiora retropulſa cephalæas graviſſimas
que triſtiſſima mala, uti cæcitates, epilepſi
mauroſes produci, multiplex experientia d
Ab ophthalmia ad interiora capitis ope veſica
revocata diras hemicranias ortas fuiſſe obſer
nes practicorum declarant.

Cura in diverſis hiſce caſibus indicata c
facile innoteſcet, qui cauſas, earumque agen
tionem perſpectam habuerit; hanc enim u
& fuſius pertractare tum anguſtia temporis
limites huic diſſertationi præfixi vetant.

§. XIV.

Ad quartam cauſarum claſſem retuli i
qualitate, aut quantitate peccantia. Huc
net cephalalgia ſtomachica Riverii pr. de c
capitis, quam a ſaburra in primis viis hæren
veri, & per conſenſum capitis cum ſtomach

Si tamen, inquit, *aliunde vetetur uſu*
tarctica poſſunt, licet minus tuto
trumque genus remedii præmiſſis
uti phlebotomia, abſtinentia, potu
beatur. Dicta prius ſymptomata, a
ſignant inhærentem & latentem in
burram; ſaburra enim cruda a rec
vel ingluvie orta non ſtipatur oris
vomituritione ſpontanea ſæpe tollitur
ticis aut catarcticis abigitur; illa
cephalalgiæ febrili eſt adnexa, ſe
cum febrili ſæpe conjungitur, aſt
quoad principium. Sequitur ergo ex
ram duplicem diſtingui debere, ſcili
& non recentem: illa utpote ab inglu
adhuc in ventriculo hoſpitans tutiſſi
contra indicaret, vomitu tanquam
expellitur: hæc vero non promiſcue
catarcticum requirit, ſed horum uſum
ad ſuperiora vel inferiora ex ſuis ſigni
determinabit.

Cephalalgia ab ingeſtis venenis q
quamdiu adhuc in ventriculo hæren
optime quidem emetico promte exhibi
Sic quoque a ſecale cornuto dolore

§. XV.

Vitia ſolidorum quæcunque intra calva
enato, quo etiam mala capitis conformatio
a nativitate, vel a vi externa capiti illata ſpe
dolores capitis chronicos ſæpe immedicabiles
creant oſſicula, ſpinæ oſſeæ introrſum verſu
rebrum directæ, exoſtoſes, nodi, tophi, va
gida, indurata, oſſificata, id quod in ſenibus
raro contingit, cephalæas atroces, omne
medelam reſpuentes cauſant. Inflammatione
ningum non ex integro abſterſæ, aut alii in
mationum olim prægreſſarum exitus, concret
membranarum, ſuppuratio, effuſio lymphæ
gulabilis in membranam ſpuriam coaleſcentis,
fit, ut cavitate cranii imminuta, cerebrum
primatur; idem enim in inflammatione capit
terna fieri poteſt, quod in inflammatione ali
partium, uti pulmonum, inteſtinorum &c.
factum vidimus in noſocomio practico, ubi
pſeudomembrana a tranſudante ſero phlog
orta pulmones ita incruſtat, ut niſi repentina
ſocatio ſequatur, ſaltem eorum actio pro ra
craſſitiei hujus membranæ per totam vitam
minus læſa maneat. Cephalæa ex hac cauſa
inde ac aſthma inde oriundum omnis medela
pers eſt.

rum, ſyncopes, paralyſes diverſarum partium produ-cent, donec mors exoptata tragœdiam claudat. Facile hinc patet, quid ſpei medico & ægro ratione curæ in dictis caſibus ſuperſit, quodſi enim terebratio prudenter inſtituta malum non auferat, vix eſt, quod ſperes ab alio remedio.

Ad hanc claſſem cauſarum porro referri poſſunt ictus, vulnera, contuſio, fractura ſimilesque cauſæ procatarcticæ, quæ cephalitidem, phrenitidem, eclampſiam, aliosque graviſſimos morbos inducere ſolent, quorum cura in tractatibus chirurgicis eſt quærenda.

Sic quoque a plicæ polonicæ refectione, aut materiei retentione fortis capitis dolor ortus cariem inducere ſolet.

§. XVI.

Pervenimus nunc ad varias inſectorum ſpecies, uti vermes, cimices, ſcorpiones, &, quæ hiſtoriæ medicæ ſcriptores in cavitate cranii ſubin reperta fuiſſe narrant; ſed cum provida natura omnem aditum ad interiora capitis tam ſollicite prohibuerit, merito dubitari poteſt, utrum obſervatores hæc inſecta in cadaveribus mortuorum non potius vidiſſe voluerint, quam reipſa viderint; at certum eſt, ea frequentius inventa fuiſſe in ſinubus diverſis tum hominum, tum animalium, præſertim ovium, quibus certa ſpecies muſcarum inſidiatur, eosque, donec per nares ingreſſa in ſinubus, vel oſſibus ſpongioſis ovula ſua deponat, quæ poſtea per calorem corporis, & mucum hic præſentem

ex-

excluſa, integrum nidum vermium ſiſtunt, qui rodendo, & vellicando nervos dictis animalibus ſævos capitis dolores cauſant, quod ex rotatione capitis vertiginoſa concludere licet, quæ eouſque perſiſtit, donec vermes hi ſponte e naribus exeant.

Hiſtoriæ vermium in ſinubus narium nidulantium legi poſſunt apud Fernelium in ejus Pathologia Cap. 7., apud Rolfincium de capitis dolore, in Boneti ſepulcreto tom. I. pag. 67. de eorum præſentia judicare licebit ex dolore capitis roſivo, mordaci in puncto quodam ſupra orbitam cum naſo inflato in corpore alias ſano, ex pruritu, vertigine per vices accedente, ex ſenſatione animalculi reptantis, aut ſeſe moventis. Vermes autem intra calvariam reperti ad rariſſimos caſus pertinere antea dictum eſt, cum nonniſi pauciſſimi caſus extent oſſis ethmoidei eroſi; hi caſus inquam rariſſimi ſunt, illi vero, ubi tabacum ex nimio abuſu per os prius dictum ad cerebrum uſque penetraſſe, illudque deſtruxiſſe legitur, plane omni fide deſtituuntur: hinc illos, qui vermes cimices, ſcorpiones &c. ſe in capite reperiſſe adfirmant, probabilius concretionibus polypoſis horum inſectorum figuram referentibus deceptos credo.

Origo vermium in ſinubus nidulantium explicari facile poteſt per attractionem ovulorum in aëre obvolitantium. Idem contingere fortaſſis poteſt in ſubjectis verminoſis, quibus de nocte vermes ex abdomine aſcendere, & ad ſinus antea dictos per foramina poſtica narium intrare poſſunt,

eadem ratione, qua illis ſæpius per os, aut per anum exeunt, quorum eliminatio haud exiguam ponit difficultatem. Bœrhaavius narrat quidem hiſtoriam puellæ a ſe curatæ, cujus ſinus frontales vermibus ſcatebant, aſſeritque ſimul, eam continuum rodentis, & fere moventis beſtiolæ ſenſum percepiſſe.

Aliqui hoc in caſu ſuadent injectiones ex ſolutione cupri factas; vide Hudeliſt diſſertat. med. de cephalalgia pag. 27. forſan & aliæ injectiones ex corporibus acribus compoſitæ convenirent. Alii terebrationem oſſis frontis inſtituere conſilio certe audaci cum ob deformitatem faciei inde ſequentem, tum ob difficultatem operationis, & ſanationem vulneris, quam jam ipſe Cornelius Celſus, aliique veteres Chirurgi agnoverunt. Interim Cel. Sauvages in caſu fere ſimili terebrationem ſuaſit, narrans hiſtoriam monialis, quæ bis hæmicraniam ſinus cum febre aucta paſſa fuit: prima vix, ait, hæmorrhagia narium, quam medicus ex pulſu naſali prædixerat, eam liberavit; altera vice eadem ſymptomata, idem pulſus, ſed naris ſicca fuit, & nihil ſanguinis ex ea effluxit, febre ſanata, dolor immanis in orbita permanſit: conſultus cum Ill. D. Chaptal non dubitavimus, quin ſanguis in ſinu clauſo collectus huic anſam præberet, & trepanum ſuaſimus.

Similes dolores etiam a muco ibidem collecto, immo indurato, & in calculos converſo oriri demonſtrant calculi per nares anticas rejecti, vide Boneti ſepulchret. pag. 62. tom. I., alii per nares poſticas idem ibidem pag. 61. in quo caſu

aci-

acidulas profuiſſe aſſerit Fabr. Hildanus Centaur. 5. Obſ. 1.

§. XVII.

Nimiam irritabilitatem ſyſtematis nervoſi in ultima claſſe cauſarum dolores capitis foventium poſui: hæc enim hujus adfectionis perinde, ac aliarum innumerabilium frequens eſt ſcaturigo: id vero notandum eſt, irritabilitatem hanc eſſe ſolummodo cauſam prædiſponentem, quæ per ſe non agit, ſed accedente alia cauſa excitante, unde patet, in morbis ab ea pendentibus primo cauſas procatarcticas, quæ numero infinitæ ſunt, auferendas eſſe, hisque ablatis primo in prædiſponentem, id eſt, in nimiam irritabilitatem agendum eſſe: cauſæ autem excitantes prout ipſæ diverſæ, fors etiam contrariæ fuerint, ita quoque diverſa & non raro contraria medela indigent. Cephalalgia hypochondriacorum & hyſtericorum huc pertinet, quæ non tam morbum principem, quam ſymptoma morbi hypochondriaci & hyſterici conſtituit. Huc pariter ſpectat clavus hyſtericus Sydenhami: cephalalgia gravidarum primis a conceptione diebus orta, de qua ſuperius §. V. legimus.

Huc etiam referre placuit cephalalgiam metallicam Cl. Dozan Doct. Monſpel. quam figulis maxime familiarem eſſe obſervavit, cujus curam, vide n. noſol. method., Celeb. Sauvages tom. 2. pag. 53.

Dolorem capitis periculoſiſſimum poſt nimiam deperditionem ſanguinis pariter huc refero, uti & cephalalgiam poſt deperditionem nimiam ſeminis aut humoris alterius cujuscunque natam, eo, quod poſt ejusmodi evacuationes irritabilitatem nervorum notabiliter auctam obſervare ſit, quod docent motus convulſivi, ſpaſmi, & ſingultus hæmorrhagiis gravibus ſupervenientes: adfectiones nervoſæ uti catalepſis, epilepſia &c. ex abuſu veneris accedentes. Cephalalgiæ ex hac cauſa ortæ medebitur, quidquid humores deperditos reſtituere, nervos pacare & roborare valet, uti quies, ſomnus, cibi eupepti, emulſio camphorata, cortex cum lacte exhibitus &c.

Cephalalgia periodica, ſeu potius febris intermittens quacunque ſub larva cephalalgiæ ludens, quam ſæpius citatus Cel. Sauvages cephalæam febricoſam appellat, hanc claſſem jure merito ingreditur. Exemplum hujusmodi febris larvatæ refert Mortonus in ejus pyretholog. p. 32. ubi dolorem capitis intolerabilem, certis, ſtatisque periodis quotidie utplurimum recrudeſcentem ſe obſervaſſe ait: aberat autem algor, rigor, calor, & ſudor, qui ſeſe alternatim excipiunt in legitimis intermittentibus; urina vere multum tincta & contentis ſaturata ſpeciem aquæ cum pulvere lateritio mixtæ præſeferebat. Morbum ſæpe incaſſum frequenti phlebotomia etiam e jugulari, epiſpaſticis, cephalicis omnigenis, errhinis maſticatoriis aggreſſus eſt Mortonus, eum vero auxit adhibitis emeticis, catarcticis levioribus, chalybeatis, antiſcorbuticis, donec tandem experientia didicif-

ſet

ſet, uſu copioſo corticis doloris hujus fomitem penitus poſſe ſubigi.

§. XVIII.

Enarratis hucusque potioribus ſaltem, ut arbitror cephalalgiæ & cephalææ cauſis, quæſtio ſupereſt, qui fiat, ut dum cauſa v. g. tophus internus, vel exoſtoſis continuo adſit, dolor capitis tamen per vices ſolum redeat? Hujus ratio in eo poſita videtur, quod certis tantum temporibus fiat major congeſtio ſanguinis in capite, & circa ipſum locum, ubi cauſa hæret: cauſas vero, quæ ſanguinem majori copia ad encephalon determinant, enarravimus §. 7. hac ergo ratione diſtentis vaſis volumen cerebri, adeoque etiam compreſſio ejus a topho vel exoſtoſi augetur.

Alia vero ratione res ſe habet cum dolore capitis ſympathico, cujus cauſæ potiores ſunt bilis corrupta, ſaburra acida, auſtera, pinguis rancida facta, ventriculum & præcordia gravans, dolor hic plerumque utrumque temporum regionem occupat, ægri lucem non ferunt, ſibique ab adſtantibus caput conſtringi petunt, unde levamen percipiunt, quod vero ſolum in dolore capitis ſympathico hac ratione obtinetur: prout enim ligatura magis dolet, ita dolor imminuitur, quia ſenſatio major minorem elidit: hic dolor ſympathicus, inquam, non continuo adeſt, quantumvis cauſa ejus nunquam non abſit: ſaburra enim laborantes, dum mane ſurgunt, cephalalgiam conqueruntur, quæ brevi poſt aſſumptum jentaculum minuitur, vel penitus ceſſat, donec ſequenti die

denuo redeat, quod inde fieri intelligitur, quia ſaburra hæc aſſumpto jentaculo quocunque diluta, involuta, aut pro tempore enervata fuit, unde dolor per reliquam diei partem ſilet, dum interim ſaburra per noctem denuo acrifacta, mane recrudeſcat. Eſt hic dolor capitis febrium bilioſarum, & putridarum comes individuus, & temperamentis bilioſis valde familiaris.

§. XIX.

In prognoſi circa dolorem capitis faciendà cautela opus eſt haud exigua, ut ne plus promittamus, quam præſtare poſſimus; etenim ſi quis antea quoad omnia ſaniſſimus nunc ob copiam aſſumptorum v. g. vini, aliorumque ſpirituoſorum cephalalgia infeſtatur, tuto promittes eam apta medicatione ſublatum iri: ſed ſi idem ab ignota cauſa, per longum tempus capitis dolore continuo, aut per vices redeunte divexetur, difficilem curatu morbum merito prædices: tali quoque citra famæ periculum non facile medicinam facies, aut ſi feceris, ſaltem de incerto curæ exitu eum præmonueris.

Dolor capitis pendens ab alio morbo principe, hoc ſublato & ipſe ceſſabit.

Cephalalgia venerea, ſi recens ſit, cauſam habet ſolum in fluidis, & aptis remediis utcunque cedit; at idem dolor inveteratus ſolidorum vitio plerumque alitur v. g. topho, carie interna, vel coalitu membranarum nulla ratione auferenda.

No-

Notari hic meretur, dari ſubinde homines morbidos, quod ipſum in noſocomio practico obſervare nobis contingit; quorum adfectio morboſa vix poterat dignoſci, aut ad certam morbi ſpeciem ob ſymptomata vaga & incerta reduci, donec, initiante vere præter opinionem tumor aliquis tophaceus in fronte, aut alia parte adparuerit, præſentiam luis indicans, cujus antea nullum veſtigium adparebat, id, quod ratio medendi poſtmodum adhibita, & ſanatio morbi inde obtenta adhuc magis confirmavit; habet enim lues id cum aliis quibusdam morbis ſibi proprium, ut tantum certa anni tempeſtate, vere nimirum curam efficacem admittat, quam aliis temporibus, uti autumno, vel hyeme non tam facile ſuſcipit; unde ſequitur, medicum in curandis certis morbis contentum eſſe debere, ſi tali anni tempore, quod curationi eorum minus favet, tantum non exaſperentur, aut increſcunt: adeo nempe verum eſt, etiam anni tempora ſibi magnam partem in morborum curatione vindicare.

§. XX.

De cura dolorum capitis, deque remediis quibusdam a variis laudatis quædam adhuc dicenda reſtant, ac primo quidem de venæſectione. Hæc vero inſtitui ſolet vel in brachio, vel pede, aut vena jugulari, alii autem hujus loco hirudinem retro aurem, vel ad ipſum locum dolentem adplicant. Cauſa doloris facile determinabit & neceſſitatem, & locum venæ aperiendæ.

2do.

2do. Raſio capitis præcipue juvat illos, quorum caput multis, denſisque capillis obtegitur, & ob continuum uſum pomadæ, cum inſperſo copioſo pulvere cyprio quaſi in paſtam redactæ vix non tantum imperſpirabile redditur: hos præter abraſionem capillorum frequens ablutio capitis cum lixivio ſaponato, aut alio quocunque liquido, quod cutem abſtergere, & poros ejus reſerare valet, juvabit.

3tio. Aqua frigida, glacialis, nix. Perfrictio capitis cum nive, ablutio, vel embrocatio ope aquæ frigidæ inſtituta, aut denique frequens immerſio capitis in aquam frigidam maxime proderit in cephalalgia hypochondriacorum, hyſtericarum, aut ubi inter membranas externas capitis humores ſtagnant, ut ſic excitando partes in vividiores oſcillationes hic hoſpitans materia in circulum agatur, & repercutiatur: cautela vero opus eſt hac in operatione ſi ullibi, dum hæc mota materies metaſtatice poſſet deferri, vel ad fauces, & ibidem anginas cauſare, vel ad pulmones, hepar, aliaque viſcera, morboſque producere in illis partibus peculiares.

4to. De verbena in pertinaciſſimis capitis doloribus mentio fit apud varios auctores, ut apud Petrum Foreſtum, & alios: aliqui ſolent ipſam herbam viridem collo ſuſpendere, & relinquere ad ejus exſiccationem, alii aquæ verbenæ unc. VI. ſpirit. vitriol. gutt. 6. aut cochleatim ſumi bono cum effectu jubent.

5to.

5to. Uſtio cranii inter hæc locum habet, cujus fautores ultra quadraginta numerat Magnif. de Haen tom. 6. Ration. medendi Cap. 6. cautelæ adhibendæ, & periculum operationis ibidem indicatur.

6to. Apophlegmatiſantia: uti majorana, marum, ſalvia, tabacum. Horum actio, dum pulveriſata naribus attrahuntur, eſt fibrillas nerveas hic per membranam Schneiderianam copioſiſſime diſpoſitas irritare, adeo, ut non ſolum mucum illuc hoſpitantem, ſed & ex remotiſſimis aliis capitis partibus eliciant humores. Huc ſpectant plantæ quædam cephalalgicæ dictæ, quo defertur origanum, ſerpillum, thymus, nepeta, calamintha montana, ſalvia, majorana, roſmarinus, ruta, flores lavendulæ, roſarum, quæ præterquam, quod nervis amica, eos excitent, etiam blando ſuo ſtimulo humores lenteſcentes circumagunt, & per ſpiracula cutis educunt, dum potu aſſumpta fuere.

7mo. Arteriotome celebratum eſt remedium, veteribus jam in cephalæa pertinaci magno pretio habitum.

8vo. Ligatura arteriæ. Hæc tamen a hodiernis raro aut nunquam adhibetur, magis vero uſitata eſt veterinariis, quam in tibiis equorum plerumque inſtituere ſolent. Tam arteriotome, quam ligatura arteriæ juvant, quatenus arteria diſciſſa, vel ad parietes oſſium, juxta quos decurrit fortiter adpreſſa coaleſcit, quo via ſanguini ad locum dolentem adpellenti clauditur, unde ſaltem doloris immi-

imminutio obtinetur, Cel. Harvejus hac methodo aliquoties feliciter uſus eſt.

9no. Celebratiſſimum, & valde uſitatum remedium in Cephalæa rebelli eſt ſalivatio mercurialis; ſed mercurius, ut ſuperius dixi, tollit cephalæas venereas, quamdiu vitium adhuc in humoribus hæret, ſi in ſolidis, eas non amplius tam certo tollit. Profuit tamen nonnunquam mercurius etiam in cephalæis non venereis, fortaſſis in illis, quarum cauſa erat materies ſcrophuloſa, lympha tenax, aut variis acrimoniis infecta; hanc enim pulcherrime attenuat & de corpore eliminat; interim non oportet accedere ad uſum remedii tam generoſi, niſi aliis prius tentatis, conſultis aliis medicis, & conſentiente ægro.

10mo. Veſicans capiti raſo applicatum proderit in colluvie aquoſa, ubi & ſetaceum optimi uſus erit. Cortex meſerei in eodem caſu forte veſicanti præferendus eſt ex eo, quod non tantam excitet ſuppurationem, ſed multo leviorem & ſuperficialem quaſi, cum etiam, quod de plaga in plagam ſine incommodo dimoveri queat.

11mo. Trepanum, qua operatione humores inter laminas oſſeas, aut inter cranium & meninges, hasve & cerebrum collecti evacuantur, pili, ſpinæ oſſeæ, tophi & calculoſæ concretiones demuntur. Ipſa hac terebratione in loco dolente inſtituta, pleraſque cephalæas pertinaces ſe ſuſtuliſſe teſtatur Ludovicus Tureti, narrans caſum hominis, in quo diuturni & atrocis doloris cauſa nulla patuit; omnibus incaſſum tentatis cranium perforavit, quo facto

facto materia melleæ conſiſtentiæ ex vulnere profluebat, & æger priſtinæ ſanitati in integrum reſtitutus erat.

Sic quoque dolores capitis venerei pendentes a vitio organico nonniſi hoc remedio, ſi locus, in quo hærent, conceſſerit, auferri poſſunt.

12mo. Emplaſtra ex variis animalium partibus capiti raſo apponunt multi, præcipue ex halecibus, jubendo ægrum decumbere in loco calido; ſed notum eſt, animalia citiſſime in tali loco putreſcere, quo facto alcalinum per putrefactionem generatum partes ſtimulat. Effectum igitur alium non habent, quam apophlegmatiſantia.

13mo. Vis electrica profuit in cephalalgia anemotropa Georg. Hannæi Miſcell. Curioſ. quæ, quoties flat ventus meridianus, calidus & humidus certos homines conſtanter adficit, & accedente vento boreali aut alio quovis evaneſcit: ad eam vero diſponunt quæcunque cerebri vigorem imminuunt, ut ſtudia immodica, curæ, lucubrationes diuturnæ.

Quoties flat auſter apud nos, inquit Cel. Sauvages, electrica vis fere evaneſcit in aëre, ut docent obſervationes electricæ, inde fieri concludit, ut tonus cerebri laxetur, ſanguis in eo congeratur, & hæc ſpecies, inquit porro, perbelle ſanatur per electriſationem, quæ diverſis artificiis excitatur.

IV.

ALEXANDER SAVOYE

HELVETO - FRIBURGENSIS

DISSERTATIO

DE

TUSSI CONVULSIVA.

CAPUT I.

Deſcriptio & proprietates.

Tuſſis convulſiva varia nomina ab auctoribus ſortita eſt, ſic græcis vocabatur βηξ θηρίωδης, κοπιωδης, πνιγμωδης, id eſt, tuſſis ferina, delaſſans & ſuffocativa, latinis tuſſis convulſiva, perennis, pertuſſis puerorum, etiam tuſſedo audit, aliis tuſſis ſtomachialis, aliis etiam clangoſa, verum tamen receptiſſimum vocabulum apud recentiores eſt tuſſis convulſiva, idque ſolum verbalem morbi definitionem ſuppeditat, qui cum logice & accuratius definiri nequeat, ſequenti ratione deſcribi poſſe videtur, ſcilicet, quod ſit illa tuſſis ſpecies, in

in qua conatus expirandi, omni licet aëre inter tuſſiendum exploſo, tantus tamque pertinax eſt, ut inſpiratio fere omnis ad tempus bene longum prorſus inhibeatur, ita quidem ut ob prohibitam hanc longo tempore inſpirationem periculum ſuffocationis inſtet.

Convulſiva dicitur, quia paroxyſmus tuſſiendi (nam per paroxyſmos aggreditur) ſæpe ſæpius terminatur motibus convulſivis vehementiſſimis, pervenientibus adeo ad univerſalem convulſionem, ſive epilepſiam; vel quia terminatur nonnunquam exacerbatio tuſſiendi rigore & tetano totius corporis cum abſentia mentis, ſtatu quodam apoplectico; ſed etiam ob alias rationes convulſiva audit, quod ipſa tuſſiendi actio convulſiva quid habeat, nam brachia & crura & pedes convelluntur, ita ut alternatim ſub ipſa tuſſiendi actione infantes & pueri veluti ſubſiliant.

Ratio horum phænomenorum quærenda eſt in pulmonibus, in vaſculis pulmonalibus ſpaſmodice, & diu quaſi ab accenſi ſulphuris fumo conſtrictis; etenim ea omnia phænomena deprehenduntur ab accenſo ſulphure, quæ videmus in tuſſi convulſiva, ſcilicet continuus ſpaſmus, continua conſtrictio veſicularum bronchialium. Hinc inter tuſſiendum liber per pulmones ſanguinis tranſitus inhibetur, ejusque liber refluxus a capite impeditur, unde facies turgeſcit, liveſcit quaſi ab injecto laqueo, oculorum ſequitur illacrymatio, & ſubinde vaſa encephali infarciuntur, unde convulſiones, paralyſes & mortes hinc inde apoplecticæ.

An novus morbus ſit, dubitari poteſt, utut *Cel. Roſenſtein* id affirmet. Saltem id verum eſt, eſſe noviter deſcriptum, & ante annum 1416—17 non cognitum tanquam tuſſim peculiarem. Fors ſemper extitit, & probabilius, ſed cum aliis tuſſis ſpeciebus confundebatur.

In initio per modum catharri, aut tuſſis deſtillatoriæ accedit, atque ita ſub tuſſi deſtillatoria ægrum per octo, decem & plures ſæpe dies affligit, & tandem dum fatiſcere deberet, primum monſtrat, quorſum pertineat, atque in veram tuſſim convulſivam abit.

Tuſſis hæc, ut prius dixi, per paroxyſmos invadit, ita quidem ut paroxyſmus hic nonnunquam ſtatis horis redeat, quandoque vero incerto tempore recurrat, id quoque tanquam characteriſtica nota tuſſis convulſivæ a *Celeberr. Roſenſtein* affertur, ſcilicet hanc tuſſim omni alterno die exacerbari, per modum quaſi tertianæ duplicatæ, ita ut exacerbatio primæ diei conveniat cum exacerbatione tertiæ diei, ſecundæ diei acceſſus cum acceſſu quartæ diei; verumtamen accuratiſſimæ obſervationes docuerunt id ſolummodo ſubinde fieri, tunc nempe ubi febris remittens aut intermittens tertiana duplicata tuſſi convulſivæ jungitur. Sed diſpares tamen ſemper hi morbi erunt.

Paroxyſmum inſtantem plerique præſentiunt, experiunturque moleſtum ad cardiam ſenſum & ſtimulum; quidam præſentiunt ſenſum rei ſcalpentis, reptantisque per œſophagum incipiendo a ſcrobiculo cordis ad fauces uſque, quibusdam moleſta

quæ-

quædam ſenſatio a regione umbilicali, quin imo ab infimo hypogaſtrico ad fauces uſque aſſurgit.

Certiſſima eſt obſervatio, morbos pectoris qualescunque durante epidemia tuſſis convulſivæ aliquid de morbo hoc prædominante participare, morbos pectoris qualescunque facile tranſire in tuſſim convulſivam, vel ſaltem morbum pectoris nonnunquam interpolari accedente uno alterove tuſſis convulſivæ paroxyſmo.

Mallem hanc obſervationem ſic proponere, & vix non majori cum veritate & emolumento, nempe tuſſim convulſivam ſequi prædominantem pectoris morbum, tuſſim convulſivam ſtare aut cadere prout morbus epidemicus princeps, aut ſtat, aut cadit, ita ut tuſſis convulſiva alium morbum principem pectoris ſequatur potius, quam ut alii morbi tuſſim hanc ſequantur.

Id præcipue anno 1775. obſervabat Clariſſimus & æternum mihi venerandus Præceptor *Maximil. Stoll*, ut, qui aut peripneumoniam, aut pleuritidem eo tempore paſſi ſunt, curata poſtmodum peripneumonia aut pleuritide experirentur aliquid ſaltem tuſſis convulſivæ, & ita ut etiamſi tuſſes peripneumonicorum, pleuriticorum per ſe convulſivæ non eſſent, proprius tamen accederent ſubinde ad tuſſim convulſivam, & de tuſſi convulſiva plus minusve participarent. Quin imo ſubinde videntur adulti unum alterumve paroxyſmum pati tempore epidemico tuſſis convulſivæ, & anno 1778. decumbebat in Noſocomio SS. Trinitatis T. Faber lignarius, qui ex pleuritide convaleſcens

graviſſimum & ferme ſuffocantem tuſſis convulſivæ paroxyſmum expertus eſt, utut unicum.

Præter morbos pectoris variolis quoque & morbillis ſociatur, aut hos morbos inſequitur.

Id etiam conſtanter ab eodem ſuperius citato Viro Celeberrimo anno 1775. obſervabatur, eos, qui paroxyſmum aut tuſſim convulſivam experti jam ſunt, qui ex tuſſi convulſiva convaluere, facillime relapſus pati, contra ac *Celeberr. Roſenſtein* obſervabat, qui aſſerit, ſe nunquam vidiſſe plus quam 30. annorum tempore tuſſim convulſivam bis in eodem homine, ſed hic Viennæ certe complura, quin plurima extant exempla binis ternisque vicibus obſervatæ tuſſis convulſivæ diverſis annis in eodem homine. Adeo facilis eſt relapſus in tuſſim convulſivam, ut cantu vel præcipue ſolo riſu eoque protractiore invitetur tuſſis convulſiva per plures ſeptimanas quin & menſes ceſſans. Forte ideo, quia in riſu æque ac in tuſſi convulſiva diaphragma repetitis vicibus ſuccutitur, ita quidem ut continuæ exſpirationes fiant nulla inſequente inſpiratione tempore ſatis longo. Motus hi diaphragmatis ſimillimi ſunt in riſu obſervati, quales eſſe ſolent in tuſſi convulſiva, ut idcirco propter motuum vel identitatem vel ſimilitudinem riſus poſſit tuſſim convulſivam diu jam conſopitam revocare.

Quosdam novit Clariſſ. *Stoll*, fœminas præcipue ita obnoxias tuſſi convulſivæ, ut ſi validius rideant paroxyſmum patiantur, fœminæ hæ inſtantem mox paroxyſmum retardant, & ſubinde pe-

penitus prohibent factis fortibus & tardis inſpirationibus, ſpiritu diu retento, & thorace multum retentione hac diuturna ſpiritus dilatato, fors ita imminens malum elidunt.

Clariſſ. Roſenſtein aliique Clariſſ. Viri contagioſam eſſe affirmant, ita ut fomes hujus tuſſis transferri ab uno ad alium poſſit, uti variolæ, uti morbilli, item tuſſim hanc ejus eſſe indolis, ut nonniſi ſemel per vitam efficiat, idque habere cum morbillis, cum variolis commune; verum de hoc ſuperius dictum eſt; id ſolum addam me non exiſtimare tuſſim hanc *contagioſam* dici poſſe, utut plerumque *epidemica* ſit, & cauſa quædam univerſalis in quadam regione integro tractu diſſeminata eodem tempore plures afficiat, quin propterea unus alterum accuſare poſſit de contagio quaſi communicato; verumtamen dabitur forte occaſio experiundi, an revera tuſſis convulſiva contagioſa ſit, an de uno transferri ad alios poſſit, an, ut *Clar. Roſenſtein* ait, poſſit uno verbo quacumque demum ratione *inoculari.*

Non omnem ætatem æqualiter adamat convulſiva tuſſis, ſed infantilem & puerilem præprimis, & inter pueros laxiores potius, debiliores, pituitoſiores vexat, ſexum item ſequiorem præ virili, tamen etiam adultis, fœminis, irritabilioribus præſertim non parcit, neque adeo viris mobilioribus hypochondriacis, muliebrem præprimis habitum & irritabilitatem nimiam habentibus.

Nec quavis tempeſtate, aut quovis anno æqualiter graſſatur, ſed ſeligit ſibi tempora potiſſimum frigidiora, & annos frigidiores humidiores atque adulta hyeme obſervatur, præcipue ſi ea hyems ſicca ſit & borealis, & ſolum illas hyemes infeſtat, quæ & frigidæ ſimul ſunt, & humidæ, atque pluvioſæ, uno verbo *conſtitutionem rheumaticam*, Rheumatiſmis faventem ſibi ſeligit.

Pertinaciſſimus omnino morbus eſt, quem quidam celebres etiam medici ita averſantur, gnari videlicet multiplici obſervatione quanta difficultate curetur, ut infantes hac tuſſi correptos nunquam, aut vix unquam ſuſcipiant curandos; item ſunt, qui aſſerant, in vera tuſſi convulſiva vix remedium reperiri, niſi in anni tempeſtate mutata. hinc ſi cum tempore vernali tuſſis convulſiva incipiat, plerumque aſſerunt duraturam illam longo tempore & orto primum maximo atmoſphæræ calore ſuapte diſſipari.

Sæpius ad 7—8 & 10 ſeptimanas producitur, neque tunc adeo male cum ægrotis agitur, non raro ad anni uſque quadrantem excurrit, interim tamen rariora quædam exempla ſuppetunt morbi hujus intra 10—14 dies curati.

Præſtat ſcire morbum hunc plerumque longum eſſe ex ſuo genio & natura, ne forte *gravioribus* & *valentioribus* remediis utamur, & talibus, quæ reliquam potius ſanitatem, quam morbum ipſum infringant.

Exa-

Exacerbatio tuſſiendi terminatur cum livore faciei, cum oculorum protuberantia, ſubſultu crurum, brachiorum agitatione, cum vomitu ſæpe ſubſequente vel aſſumtorum, vel quod frequentius obſervatur, materiæ cujusdam pituitoſæ, tremulæ, in globum conductæ, ranarum ſpermati ſimillimæ, aut muco calculoſorum cum urina reddito, ſubinde ſub finem tuſſiendi obſervantur profluvia ſanguinis ex faucibus, naribus, pulmonibus, ex oculis adeo, profuſio urinæ & alvi, quibusdam hypopia (loca ſub oculis poſita) ſanguine ſuffunduntur, non raro paroxyſmus tuſſiendi terminatur, uti antea dictum, epilepſia vera tetano & rigore convulſivico totius corporis apoplexia, ſubinde etiam morte terminatur.

Facto vomitu finitur, at ii, qui non vomunt ſub finem paroxyſmi, ſæpius tuſſiunt & gravius & morbum univerſim difficilius perferunt, & facilius convelluntur.

CAPUT II.

Diviſio.

Apte videtur dividi poſſe tuſſis convulſiva: 1) In *tuſſim convulſivam idiopathicam*, ubi nempe ipſi & ſoli pulmones affecti ſunt quacumque demum ratione, ſeu ſint affecti, infarctique multa pituita acri, ſtimulante, ſeu ſint affecti phlogoſi, ſeu materie rheumatica, ſeu materie morbilloſa aut varioloſa. Univerſim tuſſis convulſiva ſubinde

eſt idiopathica, & hæc ipſa tuſſis convulſiva idiopathica eas omnes ſubdiviſiones patitur, quas ipſa quæcunque tuſſis, cum *quælibet tuſſis idiopathicæ ſpecies poſſit fieri convulſiva.*

2) Dividitur in *tuſſim convulſivam ſympathicam*, ubi nempe ventriculus & inteſtina, ubi & meſenterium multis pravis contentis ſcatet, unde tuſſis primo mere ſtomachica oritur, accedentibus dein convulſionibus ob irritatum affectumque nervorum ſyſtema tuſſis hæc ſtomachica abit in convulſivam. Hæc tuſſis convulſiva ſympathica iterum ſubdividi poteſt, prout varia materies fuerit hanc tuſſim ſympathicam excitans.

3) Dividitur in *tuſſim convulſivam mixtam*, ſive *compoſitam* ex utraque priori ſpecie, ubi nempe pulmones *idiopathice* laborant, & ſimul *ſympathice* a primis viis afficiuntur, contingit hoc e. g. ſi tuſſis ſtomachica diutius jam duraverit, ſi ob tuſſim ſtomachicam pulmones ipſi vitium contraxerint varium pariter.

4) Diviſio erit in *tuſſim convulſivam febrilem, & non febrilem.* Diviſio hæc nullas, aut vix ullas indicationes ſuppeditat, verum multum confert ad prognoſim, cum tuſſis convulſiva febrilis periculo non careat, careat ferme tuſſis convulſiva non febrilis.

Febris vero, quæ tuſſi convulſivæ jungitur, eſt remittens veſpertina, nocturna, febris ferme ejusmodi, qualis deſcribitur ſub nomine *febris pitui-*

tuitoſæ a), aliquoties autem eſt febris intermittens quotidiana, ſubinde tertiana ſimplex, & non raro tertiana duplicata.

5) Dividi poteſt in *epidemicam* & *ſporadicam*, etiamſi epidemica plerumque ſit, & inter morbos rariores pertinent ſporadica tuſſis convulſiva. cum hæc tantum ſubinde obſervetur v. g. in dentientibus, in verminoſis, qui tuſſi ſubinde ſimplici laborant, ſubinde vero convulſiva, utut rarius, obſervatur quoque ſcrophuloſa glandularum meſenterii diatheſis, quæ tuſſim convulſivam ſporadicam ſubinde producit.

CAPUT III.

Sedes & cauſa materialis.

De ſede morbi multum diſputatum eſt, quippe quæ a variis auctoribus vario in loco ponitur, alii enim hanc ſtatuunt intra thoracem, alii extra thoracem, in abdominalibus videlicet viſceribus, in ventriculo. in inteſtinis, quin imo a pleriſque in ventriculo ſtatuitur, pulmones ſympathice afficiente; verum tamen utut tuſſis ſtomachica verminoſorum, pituitoſorum quandoque convulſiva ſimul ſit, tamen falſum eſt omnem tuſſim convulſivam ſympathicam eſſe, omnem omnino tuſſim convulſivam a ventriculo oriri, muco, ſordibus re-

 ple-

a) Deſcript. febris pituitoſæ vid. tom. III. rat. med. clariſſ. Stoll. p. 140 & ſeq.

pleto; etenim viis primis quam maxime puris, tamen ſubinde tuſſis convulſiva eſt obſervata, ita ut utraque hæc ſententiis combinari poſſe videatur, cum viſa fuerit tuſſis convulſiva mere idiopathica primis viis quam maxime puris, itemque ſympathica, iisdem ſaburra varia gravatis.

Univerſim id certum eſſe videtur, nervos diaphragmatis & per conſenſum etiam eos, qui pulmonibus inſerviunt, præſuppoſita partium reſpirationi famulantium irritabilitate nimia tanquam cauſa *prædiſponente* præprimis affici, *cauſam proximam* tuſſis convulſivæ eſſe intra thoracem, ut omnium aliarum tuſſium cauſa proxima: *cauſa* vero *excitans* varia eſt in tuſſi convulſiva, & variis in partibus locata eſſe poteſt, modo intra thoracem, modo extra eundem, quam niſi medicus ſedulo fuerit expiſcatus cæco modo per varia atque ſæpe oppoſita remedia absque fructu vagabitur. Erit ergo facilis hic explicatus, quare in diverſis epidemiis diverſæ methodi profuerint, quare in eadem epidemia in diverſis ægrotantibus medela diverſa eſſe debeat, quare in eodem ſæpe ægrotante non uno tempore diverſa debeat eſſe medicatio.

Morbi materia non ſemper pituita eſt, quæ ventriculum obſideat, quæ pulmones occupet, non eſt contagium, aut miaſma quoddam ſpecificum, incognitum, prout quibusdam placuit, neque etiam inſecta ſunt, in quibus ſeminium tuſſis convulſivæ conſiſteret, ut quidam voluere. Adeoque de cauſa materiali, aut de cauſæ materialis na-

natura non conſtat. Male certe ex pituita tuſſiendi ipſa actione rejecta concluditur pituitam peccare, hanc ipſam pituitam tuſſi rejectam tuſſis ipſius cauſam eſſe; etenim ipſa valentiori tuſſiendi actione pituita prolicitur ex glandulis œſophagi & ventriculi ſollicitatis, prout id contingit in calculoſis, dum calculus ſtimulo ſuo majorem muci proventum facit. Sed ex prius dictis illud ſolum videtur conſtare tuſſim quamcunque, undecumque natam ſive idiopathicam, ſive ſympathicam poſſe, & ſubinde fieri convulſivam, in ſubjectis videlicet irritabilioribus.

CAPUT IV.

Variæ epidemiæ, & variæ variorum medendi methodi.

Priusquam de medela tuſſis convulſivæ loquar, juvabit varias epidemias, itemque plerasque methodos tuſſim convulſivam curandi, contemplari.

Obſervabantur primo loco epidemiæ, ubi ſola venæſectio ſubinde profuit, & methodus mere antiphlogiſtica, quin imo apud auctores unam alteramve epidemiam deſcriptam legimus, ubi venæſectio & methodus antiphlogiſtica adeo erat neceſſaria, ut his neglectis omnes ferme tuſſi convulſiva laborantes in immedicabilem phthyſim ruerent.

Credo

Credo venæſectiones & methodum antiphlogiſticam profuiſſe in illa epidemia, ubi aderat diſpoſitio peripneumonica, ubi aderat pulmonum plethora, phlogoſis, & univerſim ubi cauſa excitans tuſſim convulſivam intra thoracem latebat incluſa, ubi eadem cauſa fuerat inflammatorium quid, pleuriticum quid, peripneumonicum quid, id eſt, ubi pulmones non tam inerti pituita quam multo & phlogiſtico ſanguine turgebant, quæ cauſa cum venæſectionibus & antiphlogiſtico apparatu tolleretur, tuſſis pariter ipſa compeſcebatur.

Verum tamen ubi hæc cauſa tuſſis convulſivæ non aderat, fruſtra quærebatur remedium in venæſectione, fruſtra in reliquo apparatu antiphlogiſtico.

Interim tamen ubi habitus ægrotantis paulo plenior fuerit, ubi tuſſis vehemens, ubi vaſorum pulmonalium rupturæ metus, etiamſi cauſa tuſſis non ſit inflammatoria, venæſectio proderit, etſi enim morbum non tollat, nihilominus a gravi ſymptomate, a ſputo ſanguineo, a futura fors pulmonum inflammatione V. S. præſervabit.

2) Fuere aliæ epidemiæ, atque alia tempora, ubi emetica omni alterno aut terno die propinata fuere, item aliæ epidemiæ, ubi potius purgantia laudabantur crebre & per επικρασιν exhibita interpoſitis roborantibus, tonicis. At tunc profuerat, & prodeſt ſolummodo hæc evacuans methodus, ubi tuſſis convulſiva mere ſtomachica eſt, ubi ſtimulus & cauſa excitans non intra thoracem hæret, ſed in ventriculo, in pituita, ſeu in vitio

tio alio ſaburrali, bilioſo &c. primas vias inundante.

Facile patet hoc in caſu, his in epidemiis venæſectiones nocuiſſe, nocuiſſe omnia pectoralia, emollientia, lubricantia, oleoſa, mucilaginoſa.

3) Obſervabantur aliæ epidemiæ, ubi prius dicta remedia nihil profuere, ſed quibus expectorantia remedio fuerunt, & quidem potiſſimum Kermes minerale. Eo nempe in caſu ubi mucus iners pulmones obſidebat non ventriculum, non inteſtina, ſed ipſam pulmonum ſubſtantiam, & nervos reſpirationi famulantes peculiari hac ratione afficiebat.

Profuit Kermes minerale, ubi abfuerat omnis omnino pulmonum inflammatio, omnis etiam plethora; etenim per Kermes minerale inciſo muco, ſputisque copioſioribus ejectis, cauſa excitante ablata tuſſis curabatur.

Attamen liquido conſpicitur, hanc methodum in aliis tuſſis convulſivæ ſpeciebus & præexiſtente alia cauſa excitante prodeſſe non poſſe, in hac vero nocuiſſe ſola purgantia, & ſola emetica, & multum nocuiſſe venæſectiones inſtitutas.

4) Aliæ videbantur epidemiæ, ubi opiata, opium, extractum hyoſciami paroxyſmos tuſſis convulſivæ feliciſſime ſuffocarunt, penitusque tandem profligarunt nonnunquam tuſſim convulſivam, tunc videlicet ſi cauſa excitans ejus indolis fuerat, ut

ut opio, omnium ſudoriferorum potentiſſimo, per corporis ſuperficiem potuerit difflari, ubi cauſa excitans erat defluxio e. g. ſeroſa, perſpirabile ſuppreſſum, ad pulmones rejectum, nervosque irritans, quod cum mobile fuerit, tenue, facile difflabile, forte dato ſumme diaphoretico videlicet opio difflatum eſt. Hinc cauſa hac excitante perſpirabili videlicet ſanctoriano diſſipato per diaphoreſim tuſſis continuit.

Facile denuo apparet, quare male opiata fuiſſent data, & adhibita in aliis tuſſis convulſivæ ſpeciebus, quare male opium conveniat cum ventriculo pituita repleto, quare male opium conveniat cum pulmonibus ſeu inflammatis, ſeu inerti pituita obſeſſis. Videmus ergo narcotica omnia in nulla alia tuſſis convulſivæ ſpecie prodeſſe potuiſſe, prodeſſe poſſe quam in hac paulo ante commemorata.

Quod ſi ſtimulus tuſſim convulſivam excitans fuerit admodum ſpiritualis. Si e. g. animi quoddam pathema tuſſim convulſivam concitet, opiata, utpote mentem ſopientia pariter indicabuntur.

Sed obſervatio docuit, narcotica in ea tuſſis convulſivæ ſpecie, quæ proficiſcitur a pituita craſſa & minus mobili, vix non ſuffocationem induxiſſe.

Non-

Nonnunquam etſi nihil mali ab uſu opii obſervaretur, etiamſi largiſſimo nihilominus tuſſis convulſiva per plures ſeptimanas ne hilum remiſerat, profuerat tunc opii loco extractum hyoſciami, vel alterius cujusdam plantæ narcoticæ, quod *Cl. Roſenſtein* cum aliis tuſſis convulſivæ ſcriptoribus ſummopere laudavit.

5) Viſa eſt tuſſis convulſiva eaque epidemica, ubi veſicantia nimium quantum laudabantur, præcipue ſi ſimul infuſum quoddam florum ſambuci, tiliæ, acaciæ, aliaque remedia ex ſambuco parata fervide potanda exhiberentur. Veſicans tunc inter ſcapulas poſitum nimium quantum profuit, tuſſimque brevi profligavit; aſt tuſſis hæc poſt perfrigerationem prægreſſam oriebatur, cum dolore inter ſcapulas rheumatico, & materia rheumatica moto ſudore & adhibito regimine leviter diaphoretico profligabatur, tuſſi hac ratione conſopita. Hinc deſumitur tuſſim hanc convulſivam hoc rerum ſtatu revera rheumaticam fuiſſe, materia rheumatica nervos diaphragmatis & pulmonum ſollicitante. Eodem in caſu cauſa excitans tuſſis convulſivæ erat acre quoddam, ſerum retentum profligandum veſicante applicato.

Cæterum ex hucusque dictis concluſiones quædam ſummopere practicæ deſumi poſſunt, ſcilicet: 1) Omnes tuſſes quascumque demum poſſe fieri certis ſub conditionibus convulſivas, ita ut tuſſis catharralis recens, tuſſis pectoralis humida inveterata, tuſſes ſic dictæ ſtomachicæ, tuſſes etiam viſcerales, univerſim omnes omnino tuſſes certa ratione modificari queant, & fieri convul-

vulſivæ, præcipue ſi antecedenter fuerit nimia partium reſpirationi inſervientium irritabilitas & nervorum ευμεταβλησια, id eſt, ſi homines corripiant ſummo mobiles, irritabiles, hyſtericas, hypochondriacos.

2) Morbum hunc non eſſe ſpecificum, & ſui generis, cum tam diverſas admittat medendi methodos, tam diverſas habeat ſedes intra thoracem, extra thoracem. Nunquam legitur in omnibus iis, qui de hoc morbo ſcripſere, eum ſemper caracteres morbi epidemici ſpecifici exhibere, ut ita ab epidemicis & morbis peculiaribus non dignoſcatur. Diverſa ſolum videtur eſſe popularis morbi alteratio, ſpecies quædam & quædam ſolum modificatio; etenim cum eo morbo imperante epidemico & increſcit, & conſiſtit, & inclinatur.

Ratio vero, cur eadem v. g. illuvies ventriculi modo encephalum turbet, modo pulmones tuſſis concutiat convulſiva, nunc exanthemata generet milliare, nunc ſcarlatinoſum, nunc urticatum, nunc eryſipelatoſum, ſed ſubeat varios modos, hoc hucusque noſtram indaginem refugit, & explicari nequit.

3) Male inter morbos poſteriorum ſæculorum tuſſim convulſivam recenſeri, male inter morbos antiquioribus ignoratos, cum idem his temporibus morbus fuerit, etſi non ita accurate a veteribus deſcriptus.

4)

4) Videtur poſſe concludi, perperam tuſſim hanc recenſeri inter morbos contagioſos, item haberi ſimilem morbo varioloſo, qui tantum ſemel per vitam afficit, itemque morbo bilioſo.

Vix morbus eſt, cui tot tamque diverſæ & ſæpe oppoſitæ a diverſis auctoribus dicarentur medendi methodi, ac tuſſis convulſiva.

Imprimis *Sydenhamus* dedit lenia alvum ducentia remedia ex infuſo rhei, ſennæ cum manna & ſyr. roſar. ſolutivo idque repetitis vicibus, una alterave vice venam ſecuit, & hiſce præmiſſis tandem applicuit veſicans. Hac illa ratione tuſſim convulſivam quovis ferme anno ortam curare ſatagebat, atque inter hæc omnis ejus methodus conſiſtebat.

Fr. Hoffmannus pectus variis linimentis inunxit, uſus eſt crebro enemate, & quotidiano ferme pediluvio, adhibuit ſubinde crurum frictiones & ſubinde veſicantia; interne vero medicamentum dedit ex oleo olivarum, ſpermate ceti, & ſyr. papav. albi, demum præmiſſis hiſce omnibus mixturam ſubjunxit pectoralem, cui ſubinde unum alterumve tartari emetici granum adjecit, cui vires potiſſimas & opem præſentaneam adſcripſit.

Patet ex hac *Fr. Hoffmanni* methodo illum hinc inde quadrata rotundis miſcuiſſe, & varia multaque ab eo tentata fuiſſe.

Idem Cl. Auctor contra tuſſim convulſivam, quam is viderat oriri non raro a retropreſſis efflo-

reſcentiis cutaneis, a ſcabie male curata unguinoſis ſolis, laudat æthiopem mineralem, & flores ſulphuris.

Clariſſ. *Huxham* plerumque tuſſis convulſivæ curationem inchoavit a venæſectione, præcipue ubi febris erat valida, præſens plethora, ſuperveniens ſanguinis ſputum; vel vero ubi viderat faciem ſub paroxyſmo multum liveſcere, tentari, ſuffundique oculos, præmiſſa venæſectione dedit oxymel ſcilliticum, aut ſolum in tenerioribus infantibus, aut armatum radice ipecacuanhæ, ſcopo, ut ait, emeſim concitante, idque ternis, quaternis vicibus omni alterno, aut tertio die repetiit, demum rhabarbarina, aliaque blandiora purgantia propinavit, hæc inter mercurium ſuum alcaliſatum dictum præprimis laudavit, id eſt, pulverem compoſitum ex mercur. depurat. part. j. & lapid. cancror. part. ij. diu inter ſe in mortario marmoreo tritis, donec omnia ſubacta ſint. Nonnunquam propinavit mercurium dulcem purgandi ſcopo. Quodſi reſpirationis difficultas perſiſteret datis hucusque deſcriptis, mercurialibus nil proficientibus, tunc tollere conabatur hanc reſpirationis difficultatem emulſo gummi ammoniaci, item remediis aliis mucum valide incidentibus, ſucco maxime millepedum, ubi interea nimiam vim tuſſis animadvertebat nervinis & antiſpaſmodicis conabatur oppugnare. Quod ſi tuſſis hæc nimis urgeret, reſpirationis difficultas nec ſucco millepedum nec emulſo gummi ammoniaci tolleretur, veſicans ad nucham curavit applicari, ſcopo materiem a pulmonibus revellente, deinde ſub finem morbi, aut eo diutius durante, eo in phthyſicam diatheſim vergente

te aërem ſuadebat campeſtrem, balnea etiam frigida, corporis exercitationem & corticem peruv. Videmus medicinam tædioſam, & cum ſæpe aërem campeſtrem ſuaſerit, illum non fuiſſe feliciorem aliis medicis, qui tuſſim hanc intra duos tresve menſes raro percurant.

Cl. *Whytt* corticem peruvian. commendavit eumque præprimis, cum hic egregius auctor tuſſim convulſivam tanquam mere nervoſam, tanquam ortam a ſola nimia irritabilitate cortice peruvian. corrigenda contemplaretur.

Werlhof amavit contra tuſſim convulſivam præcipue ſequens remedium:

℞. Syr. corallior. Unc. viij.
Spirit. nitri dulcis, Unc. ß—j.

M.

S. mane ac veſperi duo cochlearia à *Caffe*.

Clariſſ. Zimmermann unice confidebat emeticis, aſſeritque iis ſolis ferme fuiſſe in integrum plurimos reſtitutos a tuſſi convulſiva.

Armſtrong ſola antimonialia, ſolum tartarum emeticum laudavit, eumque multis modis & radici ipecacuanhæ & oxymelli ſcillitico præferebat.

Cl. *Geſner* contra tuſſim convulſivam Nordlingæ frequentem pariter emeticis confidebat compoſitis ex ipecacuanha & tartaro emetico, ſed cum in ſequentibus epidemiis emetica non amplius cum ſperato effectu darentur, profuit Cl. Auctori moſchus & extract. nicotianæ plerumque in ſequentibus pillulis datus compoſitis ex moſchi part. ij. & extract. nicotian. part. j.

Cl. *Roſenſtein* præter moſchum commendat idem extractum nicotianæ, ipecacuanham, corticem peruvian. & infuſum roriſmarini ſylveſtris.

In *obſervationibus medicis londinenſibus* commendatur caſtoreum, cortex peruv. exiguæ & refractæ doſes tartari emetici partim ſcopo evacuante, partim alterante.

Clar. *Millar* aſæ fœtidæ vires contra tuſſim hanc admodum egregias expertus eſt, ſolebat mixturam præſcribere ex aqua pulegii aut roriſmarini cum ſpiritu Mindereri & aſa fœtida admodum larga quantitate paratam, plerumque exhibuit intra 24 horas aſæ fœtidæ Dr. j—jß. etiam Dr. ij. verumtamen ab hac medicatione abſtinuit in morbo provectiori, & ubi aut phthyſeos aderant veſtigia, aut ubi ſupervenit hæmoptoë.

Corticem peruv. idem Clariſſ. Vir utilem eſt expertus, non in initio, ſed in fine potius morbi ad fractum fibrarum robur reſtituendum ac relapſum prohibendum. Alii tamen omnino contra-

rium

rium experti ſunt, & in initio ſolum corticem peruv. exhibuere, ubi nempe pulmones nondum idiopathice fuerant affecti, ſed malum ſolum in territorio ſyſtematis gaſtrici hæſit.

Cl. *Unzer* arbitrabatur nullam tuſſim convulſivam absque emeticis curari poſſe, quod tamen aliis aliorum obſervationibus contradicit, idem Cl. Vir tepidam cerevifiam commendat, cui pauxillum butyri intabuit, alio in loco ſuadet ſulph. aurat. antim. 3tiæ præcipit. partim ſcopo alterante, partim expectorante, partim emetico.

Sed licet emetica laudet, tamen hic auctor commendat etiam valdopere ſuccum millepedum tanquam remedium admodum efficax, & ferme certum, parat ſyrupum ex ſucco millepedum emulſo cum vino albo, cui dein debita ſacchari quantitas additur, ut acquirat ſyrupi conſiſtentiam.

Opium quoque & hyoſciamus a multis commendatur; verumtamen cum opio caute mercandum eſſe, ſuperius dictum eſt.

Sunt, qui infuſum ſalviæ glutinoſæ cum lacte paratum mirum quantum contra tuſſim convulſivam commendant, præcipue *Linnæus*.

Extractum nicotianæ tuſſim ſpaſmodicam ſedavit, notante Clariſſ. *Roſenſtein*, datum ad gr. ij—iij. quibus vero nauſeam aut vomitum cauſabat, addidit aliquid carminantis, aut juſſit pauxillum aquæ cinnamomi ſuperbibere. Opinabatur

P 3 idem

idem Cl. Vir. utiliter exhiberi poſſe contra ipſam tuſſim convulſivam.

Exſtant certæ tam novæ, quam antiquæ obſervationes aſthmatis pituitoſi, & tuſſis pertinaciſſimæ ſpaſmodicæ ſyrupo nicotianæ ſecundum normam diſpenſat. Würtemberg. parato curatæ, unde ſpes eſt, idem remedium in malo conſimili, tuſſi nempe convulſiva profecturum, ſi modo ea doſi detur ut vomitum non moveat, quem aſſumto carminante aromatico oportet cohibere.

Cæterum certum eſt, nicotianam vim poſſidere ſimul antiſpaſticam, vim opio conformem, unde forte duplici vi ſyr. nicot. prodeſſe poteſt, evacuante emetica, & ſimul narcotica.

Corticem peruv. præter alios auctores in tuſſi convulſiva celebrant *Strandberg* & *Brendelius* in quodam programmate de tuſſi convulſiva, ſed ii non dederunt nudum corticem, ſed maritatum cum reſolventibus, atque imprimis cum terra foliata tartari, interim novimus ſua cortici peruv. tempora eſſe.

Fuere aliæ epidemiæ, ubi alia remedia profuerunt v. g. cerevíſia, cui limaces, ſeu cochleæ hortenſes incoquebantur, id olim a ruſticis hollandis uſitatum erat, referente Magnif. *de Haen*, qui pariter hocce remedium adamabat, & frequenter in uſum trahebat, ejus commendatione alii medici permoti idem etiam moderno tempore ſæpe adhibent, non abſque felici, ut videtur eventu; paratur vero hoc decoctum ſequenti ratione;

℞.

℞. Cochlear. hortenſ. minor. Nro. XX—XXX—XL.

Cont. conc. coq. in ℔ j—jß. cereviſ. p. ½ horæ colat. p. lint. fortiter expreſſ. & ſaccharo edulcorat. D. U. S. omni hor. vel 2 hor. Unc. j—jj. pro ratione ætatis.

CAPUT V.

Cura.

Perpenſis hucusque recenſitis, diverſis videlicet epidemiis, & variis variorum medendi methodis, vario tempore utiliter & bono cum effectu adhibitis, ſupervacaneum duco medelam directam referre, cum talis non detur, utpote, quæ diverſo ſub reſpectu, diverſis ſub ſymptomatibus diverſiſſima eſſe debet, addam ſolúmmodo quædam capita notatú, perquam neceſſaria in curatione tuſſis convulſivæ.

Igitur medicus ad curandam hanc tuſſim acerſitus examinet,

1) An tuſſis hæc inter initia verſetur, & necdum firmas radices egerit; interim inveterata & diutius durans tuſſis variam habet cum aliis morbis complicationem, peripnevmonia, hæmoptoë, intermittente, remittente febre.

2) Indagandum erit, an oblata tuſſis convulſiva ſit mere tuſſis ſtomachica (qualis plerumque eſt ſaltem in initio) ita ut pulmones ſolummodo per conſenſum afficiantur.

Hoc ſi fuerit, tunc curam aggredi oportet ſolventibus, emeſi, purgante blando, rhabarbarino, ſimulque modice roborante, curam hanc evacuantem non oportet diu protrahere, ſed mox ſubjungere lenia tonica, ſtomachica, e. g. ſyr. corticis peruv. præcipue in tenerioribus infantibus, convenit tunc ſcopo ſtomachico laudata a *Linnæo* ſalvia glutinoſa, infuſum roriſmarini, item infuſum herbarum quarumdam pectoralium leviter amararum v. g. infuſum vel etiam decoctum herbæ veronicæ, hederæ terreſtris, aliarumque, victus eupeptus & exercitium corporis in reconvaleſcentibus. Nocebit tunc per ſe venæſectio, nocebit veſicans, kermes minerale, nocebunt pectoralia alia non amara, videlicet emollientia, mucilaginoſa, oleoſa, nocebit ipſum opium.

Attamen illa medicatio meliori adhuc cum effectu adhibebitur, ſi tuſſis mere ſtomachica in duo tempora ſeu ſtadia diſtinguatur. Primum ubi ventriculus ferme ſolus ægrotat, & ubi prava abdominis materies in reliquum corpus non niſi perparum dimanavit, dein alterum ubi pulmones non ſolum ſympathice afficiuntur, ſed ubi jam diffuſum eſt ventriculi & abdominis vitium, ubi pulmo ipſe labem jam contraxit. In primo morbi ſtadio, morbi ſcilicet initio, illæſis pulmonibus facilis medicatio ſemper eſt, medicatio minime diuturna, & talis, qualem mox recenſebam. At vero, ubi

pri-

primum ſtadium neglectum fuit, tranſiitque, ubi vitium abdominis ad reliqua viſcera jam delatum eſt, in ea inquirere oportet, videreque, quænam alibi, & quanam ratione ſint vitiata. Sic quandoque in tuſſi convulſiva reperimus corpus imbecille, emaciatum, & ſudoribus, quos lecti tepor elicit, contabeſcens, & ingentem, quæ vires abſumit, ſputorum mucoſorum, puriformium copiam. Eo in caſu roborantibus utendum eſt, cortice peruvian., lichene, poligala amara aut radicibus conſimilibus ex hac roborantium claſſe deſumendis, ubi ventriculum tamen antea repurgare, & alvi libertati proſpicere oportet.

Verumtamen in hoc ſecundo ſtadio alia ratione affici pulmo poteſt, ſi ſcilicet pulmones concuſſi fuerint vario & validiſſimo tuſſitationis motu, & ſanguinem elicuerint, ſi continua illa tuſſitatione pulmonum turgor & plethora & inflammatio oriatur, eo in caſu phlebotomia requiritur, ut non ex ventriculo ortæ tuſſi, ſed ut tuſſis effectui & pernitioſæ peripneumoniæ vel præſenti, vel futuræ proſpiciamus.

3) Diſtinguendum eſt, an tuſſis forte non ſit mere pectoralis, id eſt, an ſit vitium ipſius pectoris illæſo ventriculo, quod evenire non raro dixi.

Quod ſi conſtet pulmones ipſos, eosque ſolos affectos eſſe, indagandum ulterius erit, an eosdem gravet pituitoſa materies, ut adeo tuſſis hæc convulſiva ſit potius peripneumonia notha, analoga peripneumoniæ nothæ, ſeu pituitoſæ ſenili.

Hoc in caſu exiguæ & repetitæ vomitiones profunt, purgationes leniores mannatæ, ſalia media, uſus etiam, ſed moderatus, veſicantium, uſus kermes mineralis, ſtibii diaphoretici non abluti, prudens uſus ſulph. aur. antim. 3tiæ præcipitat. uſus aſæ fœtidæ, ſucci millepedum, ſcillæ.

Verumtamen notandum eſt in parvulis omnino, in infantibus cautiſſime adhibenda eſſe veſicantia, itemque antimonialia, ſtibium, kermes, ſulphur. aur. antim. 3tiæ præcipit. alterantia. Quod ſi conſtet pulmones laborare vitio quodam idiopathico, inquirendum erit præterea, an pulmones non forte turgeant ſanguine phlogiſtico, ita ut forte non adſit peripneumonia notha, pituitoſa, ſed vera, eſſentialis, ſanguinea, inflammatoria. Tunc vero proderit miſſio ſanguinis & ſæpe iterata & univerſus antiphlogiſticus apparatus.

4) Indagandum ulterius erit, an non omnia hæc vitia *ſimul* adſint; etenim perſæpe contingit, ut & pulmo inundetur pituita inerti, & ſimul tentetur inflammatione vera, & ſimul etiam ſyſtema gaſtricum gravetur multa ſaburrali materie.

Quod ſi hoc contingat, ſi hæc vitia ſimul jungantur difficillimus curatu hic morbus erit, & medici practici prudentiam & judicium præprimis exercebit.

Occurrendum tunc erit urgentiori malo, ita ut regulæ ſpeciales hic dari nequeant. Univerſim

ſim ſequentia notari quam maxime merentur, 1) mederi oportet ſoli ſæpe urgentiſſimo ſymptomati e. g. peripneumoniæ, aut ſtaſi inflammatoriæ, plethoricæ in encephalo, tuſſis autem ipſa naturæ erit committenda, ſuſtentandæ erunt vires vitæ aut ſaltem non erunt dejiciendæ inepta medicatione.

2) Cavendum eſt ab opio, ſi quid peripneumonici adſit, ſeu illud peripneumonicum ſit ab inflammatione, ſeu a pituita pulmones occupante.

3) Emetica & purgantia, ſi etiam indicantur, non ſunt quotidie uſurpanda, non ſunt crebro repetenda, cum hæc inſigniter vires frangant.

4) Cortex peruv. nihil boni facit, niſi morbus diutius jam duraverit, niſi abſit omnis omnino phlogoſis, niſi vires forte exhauſtæ jam ſint a venæſectionibus nimiis, & medicatione inepta. Cortex nihil boni facit, niſi febris juncta ſit, aut remittens, aut intermittens tertiana, quotidiana, ſimplex, duplicata, ſi talis febris aut remittens aut intermittens tuſſi ſit complicata, tunc id contingit, ut febris ipſa curetur, & una cum febre ſanetur tunc tuſſis juncta convulſiva; præterea nil boni facit cortex, niſi febris intermittens ſub tuſſis convulſivæ larvis ſtatis periodis redeat, tunc enim cortex peruvian. ſanat febrim intermittentem larvam tuſſis convulſivæ referentem. Cortex peruvian. pariter indicatur, ubi laxitas ſolidorum adeſt, ubi nimia peccat irritabilitas, cauſa vero excitans

ejus

ejus naturæ eſt, ut corporis reſtituto vigore aut ſponte immutetur, aut ſola vi vitæ e corpore eliminetur; in aliis enim tuſſis convulſivæ ſpeciebus a pituita craſſa oriundis, oriundis a plethora ſeu topica pulmonum, ſeu univerſali totius corporis, item in tuſſi convulſiva inflammatoriam, pleuriticam, peripneumonicam diſpoſitionem comitante, in his inquam, ſemper cortex perüv. ſummopere nocet.

5) Quod ſi infantes ſub finem paroxyſmi incidant in ſtatum quemdam apoplecticum, ſi ſub finem paroxyſmi convellantur, ii infantes ſæpe pereunt, niſi forte immiſſo in fauces digito vomitus concitetur.

6) Nihil magni agendum eſt in tuſſi convulſiva præcipue infantum, quamdiu æger appetit, quamdiu febre caret, tamdiu enim non periclitatur, etiamſi tunc morbus in longum protrahatur. Opem tunc *ab ipſo tempore* & ab *anni conſtitutione mutata* petere debemus.

7) Remedium ſpecificum tuſſis convulſivæ aliquando inventum iri, ne quidem ſpes affulget, cum in illis morbis, qui tam varias cauſas & ſæpe oppoſitas habent, qui quoad ſuam eſſentiam tantopere ab invicem differunt, nunquam dari poſſi remedium ſpecificum.

8) Tuſſis convulſivæ, utut cauſa ejus materialis ſublata dudum ſit, ſive phlogoſis, ſive pituita, ſive bilis, redire tamen per vices ob conſuetudinem poteſt, quam conſuetudinem fibræ nimium

mium irritabiles contraxere. Exemplum habemus in febribus intermittentibus, quæ ſæpe ſuos paroxyſmos iterant, etiamſi febrilis materies fuerit ablata, redit nempe paroxyſmus in corpore admodum irritabili ob inductam febricitandi conſuetudinem, quam tollimus roborantibus, nervinis, & præcipue cortice peruv.

Quod ſi eadem tuſſiendi conſuetudo in tuſſi convulſiva ſit, ſi tuſſis redeat ex conſuetudine, ablata licet tuſſim excitante materie, deſuefaciendum erit nervorum ſyſtema ab hoc motu opiatis, moſcho caſtoreo, hyoſciamo, ejus extracto, & cicuta, quæ vi viroſa, opiata, pariter gaudet, nervina, ſtupefaciente, & cujus præclaras virtutes nuper primum vidimus in experimentis anglicanis. Deſuefaciet nerveum ſyſtema a conſuetudine tuſſiendi nicotiana, ejusdem ſyrupus, extractum, item camphora, gummiferulacea, cortex peruvian.

Hinc videmus omnibus remediis confuſe ſuperius laudatis locum eſſe, ſed *ſuo tempore* & *ſuo in ſtatu.*

CAPUT VI.

Exitus.

Terminatur hic morbus modis variis, 1) primis decem aut duodecim diebus ſubinde tollitur remediis variis, & id certe ad rariora exempla pertinet.

2)

2) Sæpe apta adhibita methodo ſenſim ſatiſ-cit intra duos menſes, aut decem ſeptimanas, & hoc plerumque fit.

3) Superveniente apoplexia occidit; maxime occidit hac ratione plethoricos, pinguiculos, non vomentes, tenerioris ætatis infantes parvulosque, dorſo incumbentes, qui ſeſe ſponte elevare nequeunt, ut ſe diſponant ad vomendum.

4) Terminatur itidem apoplexia ſuperveniente ab aſſumpto opio; etenim falſum eſt opium prodeſſe, niſi rariſſime, falſum eſt tuſſim mitigari ab aſſumpto opio, nam æque crudeliter redit, & tunc adhuc benigne agitur, vel ſi etiam tuſſis ſuffocetur, periculum quoque eſt, ne æger aſſumto opio ſuffocetur.

5) Occidit tuſſis convulſiva ſuperveniente peripneumonia. Etiam in plethoricis, pinguibus, benevalentibus, robuſtis ad inflammationem diſpoſitis tuſſis hæc crudelis facillimo negotio peripneumoniam ſeu veram pulmonum inflammationem inducit, ita ut peripneumonice pereant.

6) Occidit poſt multos primum menſes vera phthyſi purulenta pulmonum, dum aut peripneumonicum, aut pleuriticum, aut hæmoptoicum quid præceſſit, oritur in pulmonibus ſuppuratio & triſtes ſuppurationis effectus, phthyſis nempe.

Nihilominus quidam ſtatus poſt tuſſim convulſivam perfrequens obſervatur, qui confundi cum vera phthyſi non debet; evenit enim, ut ſub-

ſi-

finem tuſſis convulſivæ *puriformia*, non vero *purulenta* rejiciant ægri cum multa tuſſi. Curantur hi, cum reipſa phthyſici non ſint, lichene islandico, & pillulis balſamicis.

V.

MELCHIOR. TALLMANN,

BOHEMII PILSNENSIS

DISSERTATIO

DE

CHOLERA.

§. I.

Cholera, ſi græcam vocis originem ſpectes, componi eam cum Galeno ex ſententia enidiorum medicorum a) ex χολὴ bilis & ῥεω fluo ſtatuas: bilis fluxus eſt. At Alex. Tralliano recuſanti b) nomen hoc abs humore bilioſo deduci, quum non ſemper bilis ipſa, ſed ſeroſus ſæpe & pituitoſus aliusve excernatur humor, ſi ſubſcribas, conſurget choleræ vox ex χολας inteſtinum & ῥεω fluo, vacuo, ac ſi dicas: inteſtini evacuan-

a) Meth. 1. c. 2.

b) l. 2. c. 41.

cuatio, quum ab interaneis variorum hic obtingat eructio.

§. II.

Verum ſi notis ipſam terminantibus, commonſtrantibusve cuilibet, miſſis his, quæ ad rei, ut ajunt, eſſentiam non faciunt, definire velis: ſi etiam ad ea, quæ in ipſa occurrunt, adeo, ut nulli non ſe manifeſtent, illam ut ab omni diſcriminent læſione alia, alvum videlicet hic moveri & vomitum, ad hæc inquam ſi advertas animum, adpellanda veniet: *Affectus morboſus cum vomitibus crebris & alvi ſeceſſibus*, aut latius: *violenta tubo contentorum alimentari per os anumque expulſio.*

§. III.

Audit itaque cholerica hæc adfectio violenta ſimultanea ventriculo, inteſtinis comprehenſorum per vomitum & alvum excretio. Character hic adeo firmus, conſtans adeo, ut ſi tota luſtretur medentium antiquitas, atque cum ævorum recentium conferatur ſcriptoribus, in unum conſpirare omnes, nullum diſcedere ad evacuationem ipſam attentum, aſt tum primo diſſentire quospiam (uti poſtea videbimus), dum evacuata fuerint ſubmiſſa examini. Ita medicorum parens a) ait: *Athenis virum cholera corripuit, vomebatque & deorſum*

eſe-

a) Hippocr. l. 5. de morb. pop. n. 4. idem commem. lib. eod. n. 27. 29. & l. 7. n. 40.

ejiciebat &c. Aurelius Celſus a) dum de inteſtinorum morbis loquitur, ſequentia habet: *Primoque facienda mentio eſt choleræ, quia commune id ſtomachi vitium & inteſtinorum videri poteſt, nam ſimul & dejectio & vomitus eſt &c.* Non diſſimilia quoque inveniuntur apud Galenum b), Aurelium c), Riverium d), Sydenhamum e), Boerhaavium f), Ooſter-Dik-Schacht g), & alios.

§. IV.

Paſſio hæc cholerica unanimi tot tantorumque virorum conſenſu pro ſuperna & inferna evacuatione finite accepta, ullam quamvis diem haud præterierit, qua non in mortalium ſæviiſſet quemquam, dum hos affligeret hyeme, vere excruciaret illos, iſtos ætate exhauriret, exanimaret autumno alios, numeroſiſſimo practicorum teſtimonio: aliarum tamen ægritudinum more quampiam ſibi anni partem ſacram fecit, qua ut victimæ, viventes, animas effunderent, ni exemplo aræ mortis veloci medentium manu ſubducerentur. Tempus illud, quo cholera latius ſuum imperium ex-

a) l. 4. c. 11.

b) Meth. 5. c. 2.

c) l. 3. c. 9.

d) l. 9. prax. med. c. 9.

e) Libro proceſſus integri in morbis fere omnibus curandis.

f) §. 810. inſt. acad.

g) l. 7. c. 16. §. 5. inſt. med.

expanderet, æſtate circum finivit venerandus ſenex Hippocrates a) inquiendo: *in æſtate vero affectiones cholericæ &c.* eas tamen tum ſolum majis dominari expreſſit b) his verbis: *cholericæ affectiones majis in æſtate ſunt*, atque ut toti anno nil demeret c), nullum tempus choleræ præſcripſit, ſed ortum ejus tantum ex variis cauſis poſuit. Æſtatem choleræ plurimum, autumnum non parum favere reliquit quoque Aretæus d). Riverio e) choleræ omnes obvenere æſtate, Sydenhamo f) ad exitum æſtatis, & Ooſter-Dik-Schacht g) tempeſtati anni æſtate & autumno; hujus & præfatorum clariſſimorum virorum ex teſtimonio, nec non aliorum plurimum, pronum eſt deducere, choleram ſumma æſtatis & prima autumni ſibi potiſſimum vindicare. Tantum itaque æſtate dominabitur cholera? Num natura univerſi reliquis anni ſpatiis impotens erit ad deſæviendum in mortalium alimentarem ſupra & infra everrendum tubum? Diverſitas cholerarum poſtea exponenda veteribus prætervifa recentioribus, nec dum ex voto elucubrata, aliud quid ſuaderet proferre in me-

a) l. 5. epid. n. 27.

b) l. 7. epid. n. 40.

c) l. de victus rat. in acut. n. 59.

d) l. 5. c. 2.

e) Obſ. 1. cent. 2. Obſ. 78. cent. 3 & 4.

f) In Obſ. med. circa morb. acut. hiſt. & cur. Sect. 1. cent. 1 & 2. conſt. epid. partis anni 1669. atque integrorum 70-1-2. & epiſt. reſp. 1. de morb. acut. epid. ab anno 1675 ad 80.

g) C. de chol. §. 10.

medium; ponatur id affectionis genus inflammationi deberi, an non phlogiſticum, cholericum erit tempus, quod vix Auguſti aut Septembris eſt, aut ſaltem non frequens adeo? Detur, quod dari poteſt, materiam arthriticam &c. de relictis artuum juncturis petiiſſe inteſtina & eorum progreſſivum turbaſſe motum, ſurſum deorſumque excitaſſe vermicularem, an non æque vere plurimi concident miſeri, ut æſtate aut autumno? Quid, quod guloſis frequens hodie aut cras, num hodie ingeſta hæc contra naturæ exigentiam ore anove expelli obſervemus? Hæc & alia evincere videntur, choleram non ſolum graſſari æſtate, ſed tempore etiam alio quocunque: Scite hic ad rem Celſus a) habet: *Non, quod non omni tempeſtatum genere, omnis ætatis, omnis habitus homines per omnia genera morborum & ægrotent & moriantur, ſed quod frequentius tamen quædam eveniant. Ideo eſt utile ſcire unum quemque, quid & quando maxime caveat.*

§. V.

Simultanea hæc ore anove effuſio, quemadmodum peculiare anni ſpatium ſibi expoſcere videbatur ab antiquis, quo ſuam fingeret ſtationem, qua & donata eſt a plurimis hodiedum: ita ſingulari hominis ætati, nec non certæ corporis temperiei inſidiari ipſam, modernos adusque tradidere veteres. Hippocrates b) juventutem egreſſos ad eam.

a) l. 2. præf.

b) l. aph. Sect. 3. c. 30. de morbis poſt juvenilem ætatem obvenientibus.

eam damnat, in libris autem epidemicorum robuſtos, voraces, bilioſos ei eſſe obnoxios producit. Aretæus ipſam juventutem cum robuſtiori ætate ut præamatam ejus prædam conſiderat, cæteras ætates tandem referens, una & periculum ſenibus ferme ſolum innuendo; ita enim habet a) *inter ætates juventa & ea, quæ robuſtior eſt, hac fere corripiuntur: pueri magis quam ſenes, ſed non mortifere.* Verum a Sydenhamo ipſa infantia non ſe cholera immunem vagit. Ita cholera a minimo ad maximum aſcendit, rapit ab infante ad decrepitum usque omnes; nobilem a ſequiori vix diſcernit ſexu. Sed neque plethoricis, neque phlegmaticis benigna eſt; evincit illud Panarollæ & Etmülleri ſanguinea per os & anum evacuatio; hoc probat cholera infantum, qui adultorum reſpectu ſunt pulpæ mollis, pituitæ organicæ moles, temperamento in adultis quid analogum. Atque ex his aliisve, quæ choleræ ſpecies conteſtabuntur, elici valet, ejus tempus univerſale haud decidi poſſe, idque commune ſolum deberi diſtinctæ & uni choleræ claſſi, pro qua optimi connotatores penna uſi ſunt.

§. VI.

Viſis tempore & ætate, videre hic liceat, quibus malis facile & libenter jungatur triſtis hæc adfectio, & quos vel plerumque ſueverit excipere præter naturam affectus. Neque tamen hic producam ſeriem malorum, cum quibus neceſſaria, ut

 ajunt,

a) l. 2. c. 5. de chol.

ajunt, vinculo copulata procedit, ea etenim mox ſiſtam, ac ejus ſymptomata recenſuero. Ordior ab antiquitate, ad hodiernos pedem fingendo, quid mentis ſit, aperiam. In Hippocrate legimus a), affectiones cholericas cum febribus intermittentibus progredi. In coacis vero relictum eſt choleram febri lypiriæ jungi, iſtamque ab ea ſolvi, & b) iterum choleram cum febribus intermittentibus una cum horroribus deprehendimus, ſed ita, ut ad morbos peracutos perveniant, fiantque etiam quandoque malignæ; ita Williſius c) choleram malignam notat & epidemicam, quam tamen ſub nomine dyſenteriæ non cruentæ deſcribit, & Riverius d) choleræ eundem characterem attribuit, qui eandem connubium tenuiſſe cum tertiana ſcripſit e). Cum aliis ægritudinibus eam graſſari, aut iis ſupervenire etiam illi oſtenderunt. Atque Amat. Luſitanus f) producit mulierem cacochymica cholera correptam. Sydenhamus eam cum morbillis notat g); & in dies mihi venerandus Clariſſ. D. Prof. Maximil. Stoll, enteritidem, febrem verminoſam ei favere, atque retropreſſam arthritidem amare, ſuis diſcipulis propoſuit. Poſt abſceſ-
ſus

a) l. 5. epid.

b) l. 7. epid.

c) Phar. rat. vol. 1. f. 3.

d) Prax. med. l. 9. c. 9.

e) Obſ. cent. 3. Obſ. 28.

f) Cent. 3. hiſt. 88.

g) Epiſt. reſp. 5. de morb. epid. ab anno 1675 ad 80.

ſus ventriculi, inteſtinorum, hepatis, vel aliorum locorum cum ventriculo & inteſtinis communicantium, ruptorum effuſa copioſa acri materia, choleram fieri, dedere practici. Variis itaque & non raro indole diſparibus prorſus ægritudinibus, nubit cholera; ut priora ſatis oſtendere videntur, tametſi quæpiam horum ut cauſas potius ſpectare oporteat, quam juncta mala; ex quibus tamen cernere eſt, vix unum idemque choleræ genus, diſſentientis adeo naturæ morbos comitari, ſed diſpar penitus eſſe, neceſſum eſt; ut proinde choleram diverſam, diverſas ſiniſtras affectiones ſequi etiam eluceat.

§. VII.

Omnis fere cujuscunque indolis cholera fuerit, dum quodpiam invaſionis, liceat ita fari, ſibi præfixit tempus, dum quampiam præ cæteris decrevit amplexari temperiem. Dum denique in ſinum quarumdam ægritudinum ſe locaret, adventus ſui terrifici mox amavit præmittere anteſignanos. Etenim priusquam oriatur, quæpiam ut prodromi hanc præ foribus eſſe annunciant! jam quippe hic nidoroſa eructatio, ſenſatio quædam in gula peculiaris, horrorem incipientem ſequens æſtus non ſine ſiti & capitis doloribus; ibi jam univerſalis languor, laſſitudo artuum, dedolatio, intenſus modo corporis calor, modo naturalis; nunc iterum leve frigus, tormina, flatus ventriculi, & inteſtinorum morſus, horum inflatio & dolores plus minus vehementes, mox preſſio & conſtrictio ad præcordia ſentitur, inde anxietas; tum vero nauſea, quam ſubito vomitus, alvusque vio-

lentiſſima citiſſime excipiunt. Nolim tamen, ut quis acceptum velit, hæc a me prolata in ſingulis, atque omnibus choleris obtinere debere; ſua quippe cuilibet natura eſt propria, & ſuum quævis quidpiam poſcit ſingulare; ita ut ſufficiat ad ſignum, prognoſticon, medentibus nuncupatum, modo aliquid adſit, & id ſtatim vomitum & alvum habeat inſequentem. Dum jam hæc præſto ſunt, dolor abdominis augetur, adeſt incredibilis anxietas & ſitis moleſtia; venter inflatur, diſtenditur; affligit & ſub his interdum nauſea & teneſmus, ut paulo etiam ſilente vomitu & dejectione ægri non parum crucientur, dum iterum alias dolentibus hypochondriis, tumente abdomine, æſtu, ſitu ægrum torquente, flatus ſolum ſurſum deorſumve magno cum impetu erumpunt. Somnus deficit, ariditas faucium adeſt cum ardore & ſenſu moleſto interiorum. Pulſus adſunt celeres frequentes parvi & inæquales. Urinæ quandoque ſupprimuntur; mens vacillat. Si magis adhuc deſæviat morbus, intenditur magis & magis ſitis, anguſtia ingenti premuntur præcordia, ſtomachi & inteſtinorum tormina augeſcunt, & dejectionis vomituve continuo pergente exhauritur totus æger, exhauſtusque habitum corporis ſiſtit cadaveroſum, macilentum; ſupervenit tandem inquietudo & totius corporis jactitatio, quod de momento in momentum in majorem debilitatem inducitur, & ineffabilem virium proſtrationem; oculi caliginoſi, cavi fiunt; ſpaſmi oriuntur; qui ſæpe dolores atrociſſimos variarum partium creant; convelluntur muſculi tibiarum, femorum brachiorumque; digiti incurvantur; ungues livent; algent extrema; totum corpus rigore concutitur; tumque malo ad extrema

pro-

properante æger ſudore frigido præſertim circa frontem perfunditur; conatus ad vomendum perſiſtunt, ac inanes fiunt; cor palpitat, arteriarum pulſus minimi, frequentiſſimi tamen & maxime inæquales ſentiuntur. Tandem adveniente ſingultu cum facie pallida, & exſangui jacet nunc ultimo exaſpiraturus æger, atque per mortem doloribus plenam, miſerandam hanc tragœdiam claudit. Adeo velociter, crudeliter adeo cholera agit cum mortalibus; non tamen hanc ubique eſſe ipſius imaginem, verum rariorem ſolumque irritabiliores & debiliores repræſentantem, ipſe etiam expertiſſimus Sydenham reliquit a).

§. VIII.

Atque ex his recenſitis claret jam, ut opinor, ſatis, quæ choleram prænunciant, & quæ ipſam comitantur. Hæc omnia, ab ea, aut illius cauſa, vel denique ab ipſius prioribus effectis pendent adeo, ut circa omne dubium, parum vel de his cogitanti, pateant; iſta vero, ut præternaturalia, quum medentium ſcholis ſymptomata audiunt, & ipſorum ſymptomatum choleræ cætus abſolutus eſt. Mentis tamen hic fuit, ea ſolum in unum congeſta proponere, & iconem modo ſiſtere choleræ ſymptomatum communium, ſub quibus videlicet & hæc & illa, aut quæcunque fuerit alia, contineatur latens, contentaque deprehendatur, quum omnium ad extremum eadem ſit

a) In conſt. epid. anno 1674. (& 5to.

facies, & quum ſingularium in ſuis ſpeciebus propria occurrat imago.

§. IX.

Viſa ſunt n. 7. quæ paſſionem cholericam præcedunt, & quæ cum ipſa prægrediuntur, tum omnia hæc in cenſum ſymptomatum venire n. 8. quoque oſtenſum eſt, ſed indolem materie evacuatæ in examen vocare parvi momenti eſſe haud arbitror, quum vel præcipue non parum lucis indagandæ ejus naturæ addere valeat, num præſens quæpiam cholera ſemper unius ejusdemque indolis eſſe debeat; quemadmodum non pauci voluere, qui fortaſſis ex una alterave cholera a ſe pertractata & materiem unam reddente properanter, ſed vix legitime, ad omnes concluſerunt. Hos jam Hippocrates abunde confundit, qui quamvis cholericas eruptiones fuiſſe bilioſas a) ſcripſerit, tamen etiam in alio loco b) per vomitum fæcem mollem prodiiſſe & deorſum quoque erupiſſe conſignavit: in argumentum non ſolam bilem fuiſſe emiſſam. Ex quo ſequitur non certam determinatamque materiam per choleram expelli, ſed modo hanc, illam modo; indolis nunc hujus, nunc alius, & ſi ipſam naturam intuear, videbo hic projici materiam flavam, ibi vireſcentem, æruginoſam, caſtaneam ſubin, ſubin atramenti ſpecie. Aliquando nec bilioſi quid rejicitur, verum mucus acidus, auſtero acidus fauces exurens; alias pro-

a) l. 5. epid. n. 27. & l. 7. epid. n. 46.

b) l. 5. epid. n. 29.

propellitur aliud; aut horum nihil, ſi ſolum materia elaſtica profugiat. Non eſt itaque materies, non humor corporis animalis, qui viis non excludatur iſtis, ut neque ipſi ſanguini portæ hæ oppilatæ ſint, quibus apertis ſanguinem jam egreſſum vidit in hortulano ſuo Ettmüllerus a).

§. X.

Profunditur itaque hic omnis humor animalis celeritate maxima, ut intra breviſſimum tempus totus homo exinaniatur. Rapit id non paucos phœnomenon naturæ admiratores, nec non animum ad ſciſcitandum agit, qui iſthoc obtineat, ut tam ingens copia liquidi, alimenta aut quæcunque aſſumpta omnia & corrupta longe ſuperans, in cholera excernatur, & unde ſub tantis ſtragibus emanet? Si cum Riverio b) quæſito ſatisfacere coneris, referes primo; ut vulgo diebus ejus ſolebat humores illos in meſenterio & vicinis contentos nunquam etiam ex toto corpore confluere; tum cum ipſo dicere par tibi erit, humores corruptos in ventriculo aut partibus finitimis contentos maligna qualitate alios quoque corrumpere, eosque a machina irritata, ad ventriculum & inteſtina protrudi, quemadmodum venenata medicamenta bonos humores deſtruendo hypercatharſin efficiunt. Sed miſſa ſaltem aliquando maligna qualitate, violentia ſumma, ingensque convulſionum frequentia, liquidum id emulget, exhaurit, eli-

a) F. 4. Obſ. 29.

b) L. 9, c, 9.

elicitumque ex intimis etiam latebris ore & ano propellit; ad hæc copia materiæ, excretæ, nec excrementitiæ ſolum, ſed & utilis & ſanæ & vitalis; impeditus humorum per convulſas partes motus, nervorum conſenſus reſpondent facile ſe de hac clade triumphare.

§. XI.

Cum hæc ita ſint, jam ad ſedem mali inquirendam progredior. Quidquid ægritudinum vel usquam infeſtavit genus humanum, iſtud quidquid dolorum torſit, omne id aut hæſiſſe ibi, morbus ubi manifeſtabatur, aut alia in plaga, ac quæ a malo affigeretur, aut denique in parte cruciatum prodente & alibi conſenſu quodam undecumque repetendo intercedente, ſuam fixiſſe ſedem a morborum hiſtoriographis ſcriptum eſt. Innotuit quippe conſtanti experientia morbos quosdam, uti tumores varios, frigidos præſertim, aut alias pravas corporis affectiones, quin etiam febriles, non prius debellari, niſi de loco ipſo, cui bellum ſævus indixit hoſtis, ipſum propulſes. Docemur iterum quotidie, peſſima mala quandoque & quidem velociter abigi, multum etſi ſint a loco remota, dummodo tamen in diſſitum ſtrenue arietaveris: ita ſæpe diſparent ſubito, epilepſia, ſopores, vertigines, mania, phrenitides, pleuritides & alia diriſſima etiam, poſtquam vermes inteſtina inhoſpitantes enecaſti, deſtruxiſti mucum viſcidum, ſaburram ano vel kato evertiſti, aut quid aliud excuſſiſti peregrini. Sedis choleræ perveſtigatio pari cum aliarum ægritudinum fato premitur, dum in varias ejus abeunt ſententias deſcriptores. Aiii

nam-

namque ventriculum a), alii inteſtina b), vel eorum quodpiam, alii meſenterium c), alii ventriculum & inteſtina ſimul pro affecta parte ſtatuunt; d) aliud placet aliis. Sed jam Celſus e) ſecuriori hic pede proceſſit dicens: *Hic morbus inter inteſtina ſtomachumque verſatur ſic, ut cujus potiſſimum partis ſit, non facile dici poſſit* — & non abs re: ipſa enim ſincera & accurata anatome non eandem ſemper oculis ſedem objecit; ſed hanc modo, modo illam, quin quandoque cultro nec eo pervenit, ut aliquid de ſede pronunciare potuiſſet. Ipſæ variæ medendi methodo diverſitatem etiam oſtenderunt. Et dolorum varia præſentia quoad loca, quoad vehementiam & alia ſymptomata etiam pro diverſitate ſedis certant. Quid ſi ſedes in tota humorum maſſa, ipſis in ſolidis deliteſcat, ut cholera ſit tantummodo materia e toto corpore in gulam, ventriculum & inteſtina retrofluens motio, prout Aretæus f) eloquitur? Cujus illa ob menſes obſtructos g), aut ex tonitru auditu enata h)? Quo pertinebunt peſtilentiales malignæ & intermittentium multæ? Ex ambulatio-

ne

a) Joann. Coll. med. pract. l. 3.

b) Home princ. med. p. 3. de morb. febr. S. 14. §. 8.

c) Fernelius de morb. viſc. abd.

d) Riverius de morb. pract. C. de chol.

e) L. de cauſ. morb.

f) L. 2. c. 5. de chol.

g) Fonſeka l. 1. conſ. 84.

h) Act. ſoc. reg. vol. 1.

ne pedibus nudis, vel lotione eorum in aqua frigida? Quo reducentur pathematicæ, epidemicæ præcipue auguſtanæ, aut aliæ choleræ, quo illæ ſpectabunt? Media via incedendum eſt, dum metus erroneæ ad latera deflexionis: neque opinor quidquam eſſe, non ſemper eandem, jam ventriculo primas, jam duodeno, jam jejuno, jam alteri deberi; nunc ipſam humorum maſſam & ſolidorum compagem id ſibi vindicare; alias plura ad id ſimul concurrere, omnia fors locum habere alias, vix dubium eſt.

§. XII.

Quæcunque vel uſpiam per ſuperiora vel inferiora facta eſt violenta evacuatio, hanc quamlibet a certa quapiam cauſa natam facile quisque perſpicit; ſed eam a diverſis & ſibi quandoque e diametro oppoſitis ſurgere, is ſolum tergiverſabitur, qui fidem ſcriptoribus ortum ejus diverſum proponentibus vellet habere ſublatam. Ex veterum ſententia cholerica expulſio bili corruptæ, ingeſtis, alimentis minus elaboratis, vel putrefactis ut cauſis remotis originem ſuam tribuit. Verum tamen quamvis hæ cauſæ choleram facile generare aptæ ſint, nullum tamen dubium eſt, non ſemper has, ſed alias aliquando adeſſe. Cum autem cauſæ omnes, ut vulgo notum eſt, in remotas & proximas diſpeſcantur, & illarum aliæ externæ, internæ aliæ deprehendantur, hinc & ego eas hoc ordine proferam. Ad externas ergo ſequentia referuntur: Aër & quatenus nos allambit, & quatenus alimentis partim immiſtus, partim cum eorum manducatione intricatus introgeri-

ritur, aut inſpirando aſſumitur. Utraque hac ratione aërem cauſare choleram certus reperies. Conſideranda quidquid ex ſinu terræ exhalat, quid vegetabile, animale perſpirat, id omne in aërem abit; contemplare quomodo aër ventoſus corpuſcula minima & ovula inſectorum ſecum abripiat in atmoſphæra ea diſpergens; vide etiam, quomodo aër gelidus vaſcula externa ſtringat, exſiccet, humoresque eorum ad loca minus opportuna derivet; num ne ſtatuere audebis aëre variis præditum qualitatibus, tot inquinatum hæterogeneis particulis ſub ciborum aſſumptione iis immiſceri, atque introductum vias primas offendêre; inſectorum vero ovulis fotis, excluſisque animalculis, eas adeo commovere, ut omni porta expellatur iis contentum. Si ipſa alimenta examinas, jam alia proprietate deteriori prædita, choleræ anſam præbuiſſe experieris, dum alia de ſe innocentia ſola copia cholericum tumultum ediderunt: nec non convinceris choleram ſævire, dum aſſumptorum non recto ordine aut miſcela perverſa peccaſti; ita ex qualitate aſſumptorum prava, manifeſtiori vel occultiori, in choleram proſterni mortales, docuit experientia; uſus inſuetorum, ut ſanguis animalium, unguium, pilorum, locuſtarum &c. uſus eſculentorum, pinguium, glutinoſorum, rancidorum vel aliorum facile in rancidam naturam abeuntium; cauſa vere quoque choleram dulcia, mellita, uti libi, placentæ, diverſaque alia ex melle & ſaccharo; ab aromaticis, acribus illam etiam viderunt practici. Promovent pariter eam aſſumpta varia plus minus fermentabilia, aut in primis viis diutius hærentia, facile corruptibilia, ibidemque ſuam indolem ſequen-

quentia, uti ſunt ſemina cerealia c
mentare incipientia, legumina, bu
porrorum &c. Ex eſu fungorum ch
cit Schenkius a), ex iiſdem, faſ
Braſſavolus b) adfert; huc quoqu
fructus horrei, inter quos baccas
fructus pulpoſus, tum poma, malaq
cæteris perſica, jam cum Hippocrate
luere. Ex eſu melonum & perſicor
contractam commemorat Zach. Luſita
Timæus habet d). Verum enim v
fructus horreos natura ſua cholera
vulgo credantur, experientia tamen
clamat, niſi magna copia aut ventr
ſtum pleno aſſumantur, tunc enim v
do incluſi fermentationem ſubeunt &
magnam copiam aëris generant, ſed
ſilveſtre producunt, maxime ſi cere
ſuperpotato fermentum quaſi adjiciatu
in choleram eſculenta; ſed non diſpa
di eſt potulentorum. Hæc vel prop
ternis vel qualitate, vel aſſumptionis
jam choleram effuderunt. Ex cerev
fæcatæ potu ortam fuiſſe Etmüllerus
ea ex vino lactei temporis aut ebrie
odorati veteris dulcioris jam ſententia

○(⌣)○(⌣)○

ꝓocrates a); verum etiam crapulam choleræ
ductricem protulit Sydenhamus. Ex vino
nimia quantitate ſumpto, eam vidit Riedlin
x muſto Schenkius. Et univerſim omnes li
es facile fermenteſcentes, aut etiam in ea
preſſi eandem excludunt. Atque hæc ſuff
e genere alentium. Nunc de medicament
endum eſt; hæc inter numerantur varia
nentia medicamenta & deleteria, emetica ni
iolentia, multa aut nimis generoſa purga
ortiora & draſtica, aut inconcinna doſi, in
ulto præcipue data, aut ſubjecto, cujus co
quælibet ſunt acriora, plus minus mali
opo medicamentoſo propinata: inde de
ate vel quantitate, aut de alio quodam inexp
li ſuſpecta, quæ non raro peſſimas choleras
runt; quales ex inepto uſu fontium ſpadan
dit Henric. ab Heer c), ex taleolis rad. h
ori albi vino infuſis Foreſtus d), & ex ſuper
ntione a pulvere quodam valido a tonſore
bſervavit Riverius e). Præter hæc chol
iam cauſare nata ſunt venena, vel ſic ager
que indole patenti vel occultiori natura pe
antia, aut aliud quid acre, ventriculo vel
nis illatum: cujus calculi eſſe antimonialia
nicalia, mercurialia &c. male præparata, aut

jori doſi exhibita. Huc reduc choleram, ab aqua forti Poterii a), quæ omnia acrimonia ſua cardiam, pilorum, duodenum & alia rodendo, crebras pariunt choleras. Iſtorum adeo amplus eſt numerus, ut etiam a ſola externorum applicatione deprehenſa fuerint. Viperam morſu humores ſurſum deorſumque eliquare ex pluribus recenſetur. Plura talium & ſimilium reperiuntur diverſos apud autores. Atque hæc omnia externarum cauſarum nomine veniunt; queis tamen ne neglexeris adjicere inflammationis vel retropulſionum humorum variorum cauſas ab extus advenientes, ſi in communi eas complecti velis. Nunc ad cauſas internas deſcendamus; quæcunque in corpore humano genita ſunt, vel eidem in certos uſus cedere debent, vel iis functa ex eo eliminari habent neceſſum: jam ſi iſtorum quidquam inveniatur aliter, continuo ſequetur læſio hæc, illa; neque hic cholera emanebit; dum a bile æſtiva copioſius collecta, vel acriori effecta, vel a tali biliformi materie in ventriculo inteſtiniſque aut aliis vicinis partibus ut liene, meſenterio &c. nidulante, non correcta, Auguſti præcipue menſe frequenter torqueri cholera plurimos oſtenderet, dum ab abſceſſu poſt inflammationem in ventriculo facto vel inteſtinis aut alio loco cum his communicationem habente nato, rupto, effuſa copioſa acri materie practicis ſtitiſſet, dum poſt ſuppreſſas evacuationes maxime ſudoris & perſpirabilis ſanctorianæ, non infrequenter ſequi ſignificaret; dum ab emanentibus menſi-

a) Cent. 1. caſ. 159.

menſibus alternaret a), & dum ab occluſa fontanella ingrueret b). Non igitur certitudine caret excernendis retentis & retinendis excretis aut ſecretionibus perverſis eam generari. Denique choleram quandoque in peculiari cujusdam partis irritatione rationem ſui agnoſcere, ſcribit Mortonus, dum ex dentitione natam commemorat; neque motus corporis & animi choleræ parcunt, uti id in Etmülleri juvene ſano ira graviſſima intenſo, aliisve videre eſt. Inclareſcit jam choleræ cauſas remotas externis internisque abſolvi. Supereſt nunc, ut de cauſa proxima agamus, aliqui eam in irritatione ab aliquo humore acri ex ventriculo aut aliis partibus prodeunte ponunt, quidam a leviori tunicæ interioris dictarum partium phlogoſi & ſuperficiali inflammatione repetunt, alii variam humorum cacochymiam ut cauſam proximam, agnoſcunt. Ego, ſi dicere quid valeo, ajo, irritationem pravi humoris vel geniti in inteſtinis vel illuc allati, ejus qualemcunque cacochymiam ad cauſas remotas ſpectare, quippe ab his morbus noſter immediate non dependet; levior & ſuperficialis inflammatio tunicæ interioris ventriculi cum inteſtinis æque non ſtatim, nullaque intercedente alia cauſa, iſtorum expellit contenta. Hæc ſi præmittere indultum fuit: autumo ad eruptionem furſum deorſumque faciendam admonere fibras tubi alimentaris quidquam ſtimuli, blandi de ſe etiam, modo nunc peregrini aut copia ſola operantis, ipſam vero eruptionem peragi motu fibrarum

a) Amat. Luſitanus, cent. 3. hiſt. 88.

b) Mich. Feher. tract. de abſynth. p. 106.

rum vermiculari ſurſum deorſumque
quentiſſime repetito cui mox e ve
partium reliquarum violentiſſima cō
ne nunc aliquid peregrini introgreſſi
rantis, pone etiam ibi fibras motric
rem, quacunque ratione diſpoſitas
ſine hoc nunquam choleram videbi
ceſſario frequentior fibrarum motu
hærentia huc illucve ejiciens; cæteri
ſenſum actis & qnandoque ut hoſtem
propulſantibus; an non itaque mot
ſurſum deorſumque auctus ſufficiens
cauſa choleræ proxima? Attacta ſ
cætera greſſum facio.

§. XIII.

Omnis cholera in ſanitatem,
aut mortem abit. Primum ſit, ſi
ſuper vim morbi ſe efferunt; ſecu
vel illa indirecto pergant tramite,
entibus non congruis occurrant ſu
vero, ſi vires vitæ multo inferiores
bo. Sanitas autem præſagiri valebit

2) Aut ſi, dum vomitus tantum miti
ſedari incipiunt, faciei color diſparet cac
ſus, & habitus Hippocraticus in meliorem
tur.

Si 3) poſt media adhibita, ſudor &
ſuppreſſi fuerint, & ſtomachus cibos admit
que eos evomat, pulſus elatiores fiant, co
deſinat, & frigus extremorum aut etiam tru
mittat, ſed calor corporis naturalis ſe ubiq
nuet, ſomnus omnia concoquat.

4) Choleram non procul progreſſuran
care licebit, ex non frequenter redeuntib
cretionibus, atque his hucusque ſub evac
excernendorum naturalium ſubſiſtentibus,
his parum recedentibus.

5) De choleræ enormi ſævitia minus
habebit ætas florens.

6) Ubi non animi deliquia & anxietate
præcordiorum.

7) Dum cauſæ externæ manifeſtæ ſur
de ſi ingluvies choleræ mater ſit, expulſ

la, quæ ex ruptis in tubum alimentarem vomicis, abſceſſibus, pus vel puriforme quid ſupra & infra emittit; quin ubi & ipſe cruor emanat, alio tamen itinere alias effundendus.

10) In declinatione quarumdam febrium interdum cholera poteſt haberi pro ſalutari, ſi nempe fiat per modum judicii, quod tamen rariſſimum eſt. In alios morbos abit cholera, ſi natura malum aliquatenus debellet, non tamen triumphet de eo penitus, vel ſi gravitati ejus impar feratur medela; ita atoniam ventriculi & inteſtinorum ſupervenire; hæmatopoeſim non rite peragi, contrahi cachexias, hydropes accerſiri, emaciationes in longum excurrere, difficultatem reſpirationis augere, diarrhæas, dyſenterias, vomitus, ileos ſeorſim ſpectata perſiſtere, aut & increſcere, pro genio partis hujus ejusve plus minus debilitatæ; vexare diutius ægrum nauſeas cum teneſmis; potentias muſculares delaſſari, contrahi artus in perenne; ſtuporem, hebetudinem provocari; quin & choleræ reditum ſi non præcludi, porrigi potius ei anſam, ſicque facillime eam reverti etiam frequens eſt. Atque ex hoc ſolo capite multum debere eſſe ſuſpectam Horſtius a) conſignavit.

Idem, ſi ſuperveniat febribus imprimis malignis, & præſertim in earum principio. Quo perturbatio ventris major eſt, & quo magis patitur ventriculus, eo periculoſior exiſtit cholera. Non diſſimiliter extremum eo propius prænoſces fatum, quo

a) l. 4. obſ. 8.

quo magis a naturalibus deflectent excrementa, ſpeciatim ſi fœtida fuerint, aut nimis corroſiva; qualia ſunt ea, quæ dicuntur æruginoſa, porracea; aut ſi quid loturæ carnium excernatur; & longe adhuc gravius imminebit malum, ſi nigra & livida ejiciantur, niſi tale quid *aliquando tamen* oriatur per criſim. Tandem choleram omnia colliquefacientem ſemper fere lethalem experti ſunt practici; plus terrificam ſenum & ipſum vulgus deplorat; & in debilibus annoſis, materia acerrima excuſſa aut fætente, aut ceſſante vomitu, perdurantibus tamen cæteris ſymptomatibus, omnes declamant ſumme infauſtam. Pro gravitate choleræ ſymptomatum, & complicatione aliorum morborum, etiam eo propinquiorem mortem expectare oportet.

§. XIV.

Genios morborum non parum illuſtrant eorum rectæ partitiones, diſpulſionique ipſum plurimum adjiciunt. Antiquitas duas proponit choleræ ſpecies: unam *humidam*, alteram vero *ſiccam;* in hac aſſumit flatus copioſos ſupra infraque eructari; dum in illa ſucci varii, acres nunc, nunc inſipidi peccarent, atque peccantes exturbarentur. Aliis placuit eam dividere in *veram* & *ſpuriam;* ſpuriam compellando omnem eam, in qua quidcunque præter bilem aut una cum ipſa expelleretur; dicendo autem veram, ubi ſolum bilis ipſa erumperet. Diremptam quoque legimus in *ſymptomaticam* & *criticam.* In *malignas* & *benignas* diſpeſcuerunt plurimi. In *epidemicas* & *ſporadicas* fuiſſe partitas deduci valet ex Sydenhamo,

dum ad priores referret æſtivas, ab ingluvie & crapula haberet pro ſporadicis: hic etiam meminit choleræ dentientium. Cum febre vel ſine fere procedere choleras ſemper, a variis Clariſſ. Viris docetur. A *materia evacuata* etiam multis diviſa eſt, & non a paucis *a cauſis* diſcriminationis ejus originem petendam eſſe pro rato habetur.

Verum cauſarum innumerarum, & ſæpe etiam diverſarum eundem tamen effectum producentium contemplatio, in neceſſariam hujus diſtributionis multiplicitatem declarat. Materies evacuata, quamvis multoties faciat liquidum, quid agere conducat, non tamen pro ſemper ſuppetens eſt. Choleras malignas ſpectare, aut ut benignas, ad æquatam earum percurationem non ſatis eſt, licet non ſit parum ad earum magnitudinem & præſagiendum periculum; nec quidem benignitas morbi ſemper una eademque eſt; non difformiter variat morbi malignitas, dum hic ex inflammatorio malignus, ille ex bilioſo, ex pituitoſo alius.

An ergo hic malignitatibus par erit ſuperandis una eademque medicatio? In epidemicis & ſporadicis ut recte medearis ulterius inquirere debes in naturam epidemici, quæ non ſemper eadem eſt, aut indolem ſporadici, quæ ſæpiſſime ex diverſa proſilit ſcaturigine. Diſtinctio in veram & ſpuriam, vel ex eo inſufficiens eſt, quod id ipſum in una eademque cholera, tempore ſolum nonnihil diverſo & gradu mali aucto, vel imminuto, aut quacunque ratione variato frequentiſſime obtineat, ut miſſum fiat omne cæterum argumento-

rum

rum genus. Symptomaticam dicere, aut criticam eſſe ſolum ſcire ſobolem eſſe alicujus morbi, vel ejus cauſæ, aut molimen naturæ evacuatorium, pro hujus vel illius morbi levamine deſtinatum; ſed huic diffidendum voluit Riverius. Communiſſima & celebratiſſima in humidam & ſiccam partitio, quæſo, an aliquid de natura mali docet? Numne humida, numne etiam ſicca perſæpe diverſa eſt? Solemni in febriles & non febriles diviſioni pertractato mox ſubjecto num. reſpondebit ſubſequens.

§. XV.

Quemadmodum moris eſt theoreticorum res quas deſcribunt, fuſius pertractare, nec non ſub variis contemplari faciebus; ita practicorum eſt, nihil de re ipſa proferre, atque id, quod ſubito ſcias, quid vel non ſit faciendum. Ea propter medici clinici ex munere erit talia de morbis ſtatuere, quæ iis averruncandis unice faciant, & nomenclationes morborum concedere tales, ut ſine mora audito mali nomine & ipſum morbum noſcas, & noſcas quid nunc partium ſit, ut præſens ægritudo quantocius abigatur.

His præmiſſis ſequentem inſtituo choleræ partitionem, ipſamve in talia diſtribuo membra, ut mox per ſe clareat, quid auxilii deſcripta poſtulet infirmitas; quod cum ex hac notione immediate quaſi fluat, & ipſum ſubnectetur. Atque ſit primo cholera *ſaburralis.* Hæc ingluviei ingeſtorum multorum, fermentantium vel facile fer-

mentiſcibilium nata, aut materiei bilioſæ acris vel copioſæ in inteſtina effuſæ, aut biliformis alteriusve indolis illuc influentis, aut pravæ ibi genitæ ſæpiſſime infeſtat mortales. Iſtius varietas *æſtiva* eſt, quæ quum hac tempeſtate occurrat frequentior, ejusdem etiam nomine ſalutatur. Hæc Auguſto præſertim menſe graſſatur, incipit Julio & ſæpe adhuc durat Septembri, dum calor æſtivus intenſius urit.

Initio ſunt flatus, dedolatio, leve frigus, levis per intervalla calor, tormina levia, tum vomitus, dein alvus fluens, materia flava, vireſcens, æruginoſa, caſtanea ſubin nigreſcens; attamen nil bilioſi quandoque rejicitur, mucus ſolum acidus, auſtero acidus fauces exurit. Tum tormina increſcunt, pulſus celer, fortis in initio, tum omnino debilis pergentibus excretionibus, micat. Iſtud plerumque haud majoris momenti eſt, ſed diutius iis perſiſtentibus paucos intra dies tota facies mutatur, collabitur; crura tum ſpaſmi exercent dolorifici, brachia tendunt, femora exagitant, tandem ſingultus, convulſiones aliæ torquent, extrema frigore algent, & repetentia per vices animi deliquia mors excipit. Imagine hac non ſiſtitur omnis, ſed rarior tantummodo effigies eſt, quos éx molliori debiliorive luto formaverat Titan, & irritabiliori delicatiorive fibra compoſuit Phœbus. Variam poſcit hæc ægritudo medelam.

Et quidem 1) materies acris bilioſa, biliformis diluenda initio conveniente & copioſo, decoctum graminis, hordei, aquæ puræ cum lactis

modi-

modico, vel pec. panis toſti tenuiſſimo aut pullorum jure, aut vitulinæ, nec tamen pinguis, carnis juſculo. Aptiſſime hæc naſcentem choleræ materiam eluunt, involvunt, dum adhuc ſola habetur indicatio vomitum per ſe ſalutarem facilitare.

2) In ægro robuſto, florentis ætatis & ſanguineo venam fundere ex opere eſt prophylactico; non tollitur ita quidem morbus, verum, ne vomitiones violentæ accerſant inflammationem, neve ſanguinem intra encephalon coacervent, optime præcavetur, tum vomitum moderari & alvum oportet. Reducuntur hæc ad moderamen, ſi alia excretio blande promoveatur; cutaneam juvat balneum totius corporis tepidum, quod & dolores, & tormina, crurumque &c. ſpaſmos lenit. Quod ſi ita balneo, potu multo, phlebotome, tandemque appoſito ad abdomen emolliente cataplaſmate partimve carminante vomitus deſinat, proderit eccoproticum lene ex tamarindis addito ſale quodam mitiori propinare, ut ſi quid fomitis reſtet alieni, iſtud per alvum educatur.

Gravis hic error ſolet committi: non pauci ſunt, qui vomitu & alvo viſa, ſtatim ad opiata recurrunt; hæc enim morbum ſæpe augent, non ſiſtunt vomitum, vel ſi ſiſtunt, an non febri favent? Quid ſi vomitu & alvo ſopitis repente deliret æger? Neceſſitas eſt hic ſumma frequens injicere clyſma & præmiſſa V. S. choleram emetocatharctico excitare artificialem, præſertim ſi juvenis infirmetur aut robuſtus. Num itaque opiatis adeo famoſis hac in ſpecie nuſpiam locus? Sunt ſane & hic caſus, ubi ad ea recurrere eſt

ne-

neceſſum. Sic ſi fœminam tenellam, virum delicata & irritabiliori fibra conſtantem, vomitus concutiat, is attamen enormis ſit, pulſus ſint teniſſimi, creberrimi, & vaſorum jam adſit keneangea, ſine mora ad opiata properandum, non vero qua curantia, ſed ad inducias aliqualiter conciliandas ſalutares. Si induciis factis cerebri functiones attendantur, penſitetur febris & turbæ horum in examen vocentur, recteque ſe habere advertantur, denuo ipſa jubent evacuationem, ſed mitius inſtituendam: alvus ergo blande moveatur tamarindinatis, caſſia &c.

Diſpulſa cholera cura facienda eſt, ſic dicta, confirmatoria, atque quemadmodum vires coctrices multum dejiciuntur, ita roborantia diutius uſu veniant, inter quos præcipue Cort. Peruv. mane, veſperi datus, vel ex aqua frigida, vino auſteriuſculo, chalybeato protractius hauriendus. Atque hæc de æſtiva: cujus cauſam latens debere eſſe aliquid in ipſo aëre vel conſtitutione temporis, & non in fructibus horreis, abunde oſtendit Sydenham. Ejusdem prorſus indolis eſt cholera ab *ingluvie*, eo ſolum a priori diverſa, quod debeatur aſſumptis, dum prior acri materiæ, aut pravæ temporis conſtitutioni deberetur.

In hac colluviem diluere, evacuationem adjuvare, reliquias abſtergere, temperare; uti acidas per terras calcareas, ſales alcalinos, ſaponem venetum vel alia convenientia; indolis vero alcalinæ, per acida, cremor tartari &c. tandem turbas compeſcere per opiata, ventriculum & inteſtina roborare omnis hucusque laudavit ætas. Huc

etiam

etiam cholera *verminoſa* pertinet. Animalcula hæc, ut omnes ludunt morborum facies, ita & ipſam choleram ſtiterunt practicis, genio prioribus convenientem, reditu ſolum frequentiorem & fugacibus quibusdam ſymptomatibus ſemper ſtipatam, quæ vermium plerumque ſolent injicere ſuſpicionem. Cura in hac eadem ac in vermibus adhibetur.

Pituitoſa, choleræ ſaburralis, alia progenies, materie ore, ano evacuata, urina aquea, turbida, habitu corporis paſtaceo, frigido, colore faciei pallido, ponderis prius per longum etiam tempus ad præcordia ſenſu, oris viſciditate & ſapore fatuo, limoſo, vapido, dulci etiam aut acidulo, aut provectiori malo acriori, & urente, pulſu molli debili ſe prodente: hæc ſalinis plus aliquantum inſiſtere & incidentibus jubet; dein ad robur firmandum melius, ipſis amaricantibus, chalybeatis, aromaticis longiori tempore uti convenit; corpusque frequentius exercere, & externe præcipue ad ventriculum epithematibus ſtimulantioribus agere non etiam incongruum eſt.

Animi pathematum cholera ſiſtema gaſtro hepaticum plus commoventium, etiam ſaburralem pro matre habere poteſt; noſcenda prægreſſo pathemate, exturbatione materiei bilioſæ variis plerumque coloribus ludentis; urinæ potiſſimum limpiditate & convulſionibus diriſſimis, obedit æſtivæ methodo, utpote curationi morbi non natura, ſed ſolum cauſa differentis. Ad ſaburralem reducitur etiam illa, qua ætas tenella non raro infeſtatur; tum ex indole alimenti pravi lactei, aut co-

copioſius per conſuetudinem peſſimam, multum, ſed male ſollicitarum, de ſuis prolibus matrum, easdem de die ſæpius, ut ſic ejulatum ipſarum compeſcant, mammis admoventium; oritur tunc ſaburra, ſæviſſime tales diſcrucians, quæ uti alias vomitu vel alvo expellitur: ita etiam quandoque his unitis, infantes inter duriſſimas convulſiones & tormina exhauriuntur.

His in caſibus, ſi non multa tamen adeſſet ſaburræ iſtius copia calcareorum ſolum uſus commendantur. Verum ſi magna illuvies humorum noxiorum in ventriculo redundet, tum ſatis tuto aliquot grana rad. ipec. exhiberi poſſunt, quippe pulvis iſte blande emeticus ſimulque etiam antiſpaſticus, operatioque ejus tenellis multo ſecurior eſt; denique humores viſcidos, ventriculo, inteſtinis impactos ſolvit, & paulatim exantlat. Si vero vomitus & alvus pertinax, tormina & diuturnæ adſint convulſiones, juvabit tunc guttas aliquod laud. liquid. in ſyrup. roſ. pallid. aut cichor. cum rheo propinare. Turbis ſedatis non obfuerit tandem tinct. rheo aquoſam vel elix. ſalutis aut his, quid ſimile in ſaccharo propinare tenellis, & externe emplaſt. ſtomachicum, roborans applicare.

Hæ ſunt potiſſimæ choleræ ſaburralis varietates, ad quas & aliæ plurimæ, minus tamen inſignes reduci valent. Expoſita cholera ſaburrali *alteram* choleræ ſpeciem *intermittentem*, *periodicam* appello, ſeu *febrim* voco *cholericam intermittentem*, Hæc acceſſum febrium intermittentium comitatur; hæque etiam aliquando per ſe exiſtens alternis diebus exacerbari obſervata eſt. Noſcitur

inva-

invaſione periodica, cauſarum abſentia alius choleræ, & graſſatione intermittentium. Ad hanc abigendam methodi variæ excogitatæ ſunt; ſequens tamen utilis eſt deprehenſa; ſub paroxyſmo prodeſt potus diluens cum ſuperius laudatis variis, ut actio vomendi facilitetur, & materies cholerica cum minori moleſtia ejiciatur.

Hæc ipſa continuanda ſunt adhuc poſt acceſſum; ſed priusquam revertatur novus, cum hæ ſint præſertim tertianæ, die prodeſt libero choleram, ſi nihil contra indicat, emeto-cathartico concitare artificialem: ſit plerumque ita, ut ſequens invaſio ſit choleræ expers. Hic ſi nihilominus evadat denuo cholericus, tum prompta & expetita largiori Cort. Peruv. doſi acceſſus inhibeatur oportet.

Accidit & hic interdum ut methodus ſolvens, evacuans in uſum trahi nequeat, vel quod vires jam proſtratæ ſint, vel quod cholera diutius duret; tum, quin præmittantur ſolventia, & evacuantia propinentur, ipſa largioribus corticis doſibus mox ſuffocanda eſt, eaque ſuffocata cortex omittendus, ſolventia revocanda & reliqua choleræ ſpecies eſt inflammatoria, aliarum rurſus vera mater. Adverterunt jam practici, enteritidem, periculoſam inteſtinorum inflammationem, pulſu fallaciſſimam, alias ſine omni & quidem non raro detinere ægrum evacuatione; alias cum vomitu bilioſo etiam, alias alvo leviori diarrhæica aut dyſenterica ſtipari; rurſus nunc excruciari dyſenteria graviori, dum alias & vomeret æger & dejiceret.

Hanc

Hanc quævis cauſa inflammationis, tubo præprimis adplicata alimentari generari poteſt. Prodit ſe univerſali corporis calore aut præcipuo abdominis, ſuperficiei corporis ſiccitate, dum ſubin frons, jugulum, & venter madent; manifeſtatur etiam ingenti capitis dolore, ſiccitate oris, ſiti inexſtinguibili, linguæ ſæpe cruſtoſo-alba obductione.

Reſpiratio adeſt difficilis, præcordiorum anxietas interdum & dolor; abdomen integrum torquetur cruciatu, fixo, plagis quibusdam circumſcripto, aut etiam quandoque latius diffuſo minimo etiam attactu dolorifico; tales excretiones ano & cato, ſed partiores ac in aliis; urina flammea, interdum & aliter colorata, ſedimentoſa; pulſus ſub his plurimum decipiens, fortis nunc & durus ac frequens, nunc debilis, mollis, tardus & parvus, potiſſimum inæqualis.

Cura hic generoſa antiphlogiſtica adhibenda eſt; ergo V. S. repetitæ, potus emollientes parce, ſed frequenter & tepide hauriendi; alvus humectetur molliſſimis; abdomen tepidis foveatur cataplasmatibus, vel mitiſſimis epithematibus humidis, aut totum corpus balneo tepido immergatur; quies adſit ſumma, aër tepido-humidus, victus ſi æger ferat, ſit ex molliſſimis & parcus, morbus etiam in præcautionem diutius protrahendus. Hæc eſt illa cholera quam exacerbant quæcunque evacuantia, frigida, ſtimulantia &c. & cuncta in ſcirrhoſas indurationes aut gangrænam abire faciunt. Fit tamen quandoque etiam ut antiphlogiſticis ſufficienter non adhibitis, vel uſurpatis ſe-

rius,

rius, vel etiam quod malum ex quapiam malignitate optimis etiam omnibus fuerit ſuperius, non tamen ſupremum; fit inquam, ut talis inflammatio ſolida fluidave deſtruendo ſuppuretur, & ulceribus, abſceſſibusque variis det originem, quibus ruptis, effuſa ſic copioſa acri purulenta materia in inteſtina, ea irritando choleram *ulceroſam* atque *purulentam* parit.

Curatur talis, ſi pus bonum & ulcus non magnum fuerit, juſculis tenuioribus ad materiam peccantem & ad inteſtina effuſam eluere, aut aquis mineralibus cum pauco lacte miſtis aliisve mellitis detergentibus abſtergere; ſi ſanguis ſimul fundatur, vaſa adſtringentibus oppilare, aut denique in declinatione præcipue mali balſamicis mitioribus & roborantibus aperta conſolidare, firmare debilitata, relaxata. Tali ratione ſe res habet cum abſceſſibus aliarum partium, uti hepatis, lienis &c. cum ventriculo & inteſtinis communicantibus.

4tam. Choleræ ſpeciem conſtituit materies *arthritica retrocedens*, aut *alia quæcumque acris*, ſcabioſa, tinealis, pſoroſa, ſcorbutica, venerea &c. interiora nunc petens; aut *qualiscunque ſupreſſa naturalis* vel *conſueta artificialis evacuatio*. Cognoſcitur ex abſentia cauſarum & ſignorum aliarum cholerarum, ex abſentia evacuationum nunc non perſtantium aut advenientium vel etiam tantum minutarum, atque etiam ex peculiari applicatione cauſæ ſuppreſſiones varias efficere valentis. Affectui iſti plurimum malo, ſed plus minus pro copia pravaque qualitate humoris interiora petentis, pro evacuandi quantitate, duratione majori minori ha-

benas imponimus; ſuppreſſum evocando, retrocedens ad locum priorem invitando, expellendo, cauſamque hoc gignentem, præ cæteris auferendo, acre demulcendo, obvolvendo, nec non ſymptomatibus variis circa iſtud ſe oſtendentibus proſpiciendo, corpus dein pro diverſitate ſuppreſſionis cauſæ variæ & diutius præmuniendo. Theriacalia tamen & moſchata, camphorata, opiata, ſudorifera, hæmatogoga, non poſtrema ſunt, & num & ipſa veſicantia alicubi hic ſecunda habebuntur?

5tam. Cholerici generis ſpeciem, '*choleram ſiccam*, choleram *vere* Hippocrates & Sydenhamus incongruo paulo vocabulo, dixerunt, quam & alii *flatulentam*, *ſuppreſſam*, *hypochondriacam*, aut etiam *hyſtericam* cognominant. Venter hic inflatur præcipue ad præcordia, borborigmi, murmura percipiuntur; abdominis non ſemper adeſt magnus dolor, qui potiſſimum hypochondriorum affligit latera; alvus clauſa eſt, & vomitus nullus, ſed flatus ſurſum & deorſum magno cum impetu & dolore erumpunt, quin & leipothimiæ mortem mentiuntur.

Cibi flatulenti craſſi, acriores aut alia talia ingeſta; inteſtinorum debilium tonus, vel ubi irritabilitas maior eſt, ſpaſtica inteſtinorum in diverſis locis contractio, huic malo præprimis favent. Curationem iſtius tradit Hippocrates, dum jubet, ut pingui & calido clyſtere alvus ducatur, corpus oleoſis & balneo foveatur, ſomno indulgeat aeger, vinoque tenui ac veteri utatur; cibis abſtineat, & lacte aſinino potetur.

Se-

Sequitur ergo ex hac Hippocratis curatione & ex antea relatis ſymptomatibus, eam nihil eſſe aliud quam tympanitidem inflammatoriam Baglivii, vel enteritidem leviorem: proinde non alia ac mitiori methodo antiphlogiſtica tractandam, interne emollientibus, refrigerantibus, enematibus.

6to. In conſiderationem venit *cholera a venenis* vel ita agentibus, ut purgantibus nimiis, emeticis, emetico catharcticis imprudenter adhibitis, aut non indicatis; vel vis viroſæ aliis, ut venenis proprie ſic dictis. Animum ad hæc advertere faciunt omnium aliarum cholerarum cauſarum defectus, præſentis invaſio celerrima, citiſſime enecans; inſuetorum etiam ſymptomatum præſentia; tum ſi robuſto & recta victus ratione utenti repente, & ab aſſumpto venenato cibo, vel alio ingeſto præter ſolitum accidat ſtomachi oppreſſio, anguſtia, nauſea, corroſio ventriculi & inteſtinorum, vomitus cum ſapore & odore gravi, dyſenteria, inflammatio, ſingultus, diſpnœa, extremorum frigus, vertigo, tumor corporis, pulſus debilis vel elatus, aliterve varians, animi deliquia, urinæ ardor & retinentia, ſitis, linguæ ſiccitas, æſtus ingens, vigiliæ, inquietudo, ſudores perpetui frigidi, convulſiones, aliquando ſomnus profundus, temulentia, delirium, corporis præcipue unguium lividitas, cordis palpitatio, & alia functionum læſio.

Hæc omnia ſi diutius perſeverent, nec medicamentis cedant, ſalutis ſpem adimunt. Medicina hic duplex paratur: generalis, quam mox dicam

& ſpecialis, quæ ex cognitione veneni ſpecifica peti poteſt.

Ergo acre eſt involvendum oleoſis, lacte, mucilaginoſis, irritans obtundendum, infringendum ſtimulans, ſalinum corrigendum oppoſitis, verum quum haud ſufficit, id ſolum agere ut acre obvolvatur, cætera enerventur, evacuentur; ſed etiam motus conſopire enormes officii ſit, præminiſtratis prioribus proderunt opiata, ut induciæ ponantur & prævertatur lethalis vaſorum inanitio.

In iis vero, quæ venenum primo ſemper eliminandum volunt, aut dum hujus expulſio poſſibilis eſt, initium curæ ſit pervalidum vomitorium v: g. ex d. j. vitr. albi, aut tart. emet. ad gr. 3. 4.; mox poſt vomitum exhibeatur butyrum vel oleum amygdalarum; ita enim læſio ventriculi aliqualiter reparatur & parietes tum inteſtinorum, tum ventriculi lubricantur, ne venenum corrodens adhærere poſſit; acredine veneni obtuſa, & pro parte per vomitum rejecta, ſi quid in inteſtina jam deſcendit, clyſtere emolliente eluendum; ſanguini jam forte inducta labes corrigenda & purificanda per obducentia, invertentia, temperantia & ſi fieri poteſt, per ſudorifera expellenda.

7mæ. Choleræ ſpeciei, videlicet *plethoricorum ſanguineæ* locum concedendum eſſe, ex eo deducitur, quod certo obtinere jam viſa ſit, quod peculiarem ſui cauſam agnoſcat, & quod peculiarem etiam medendi viam exigat.

Hanc

Hanc ſanguinis expulſionem movet omne, quod plethoram perficit, ſic dictam, veram vel & ſpuriam, dum humoribus rarefactis, diſtentis & relaxatis ſolidis ſanguinem excutit, aut elicit aliquorſum.

Eam docet habitus corporis plenus, enſarcos, color ſuperficiei læte ruber, ad motus torpor, & laſſitudo, ſecretionum, excretionum præcedens imminutio, victus eupeptus, quies, ſomni indulgentia, ſpirituoſorum uſus, atque alia tam ſanguinis accumulationi, quam orgasmi ejus productioni faventia; pulſus hic initio plerumque plenus, tandem fere ſuppreſſus.

Hocce malum citam poſtulat opem; nam ſine hac hæmorrhagia ad mortem usque continuat, quæ quidem ex tanto ſanguinis profluvio intra breve tempus adeſt; niſi enim vaſa mox contrahantur, mors in procinctu eſt; nam

Una eademque via, ſanguisque animusque ſequuntur.

Proſpicimus itaque huic periculo quiete ſumma ægri, v. ſ. in initio, refrigerantibus etiam minima doſi exhibitis, frigida applicatione; externa, interna oxicrati; an etiam hic opiata proſunt? Cujus cenſus ſunt hic cucurbitæ ſiccæ vel ſcarificatæ? Dum ſtragem compeſcuiſti, dum orgasmum ſedaſti, æger omnem evitet generatricem mali cauſam, calidis, tepidis, abſtineat, diæta reſtringatur plurimum, evacuationes frequentes præcipiantur, detrahatur etiam quandoque ſanguis, ne tamen frequen-

 ter,

ter, ſomnus ſit moderatus, & quies cum exercitio corporis convenienti commutetur; uſus ſpirituoſorum & veneris ferocioris, evitetur. Ita a malo, diutiſſime etiam vitam vivet immunem.

8vo. Recenſitis hactenus ſimplicibus choleræ ſpeciebus, *cholera compoſita* adjicienda eſt, vel *complicata*: quemadmodum enim & in aliis morborum generibus plures cauſæ concurrere queant, aut plures diverſæ ſpeciei morbi, qui unum idemque ſubjectum inſimul teneant; ita nihil hic eſt, quod id connubium implicet, quin ægritudinum aliarum more frequentiſſimum erit, cujus teſtes ſemper erunt ſimplicium ſpecier. indices. Ex quibus pariter plus minus funeſtis ad ſiniſtrum potiſſimum mali terminum aliquid præfinies.

Delet ex albo viventium hæc vel illa ſimplex & una cholera, cur non delebit & ipſa pluribus conſtans? Sed neque hic animus deſpondendus eſt; ſuffoca potentiorem, & evadere facile poterit altera auxilio inferior; aut lactare ita, ut in utramque egiſſe videaris; quare dum ex ſignis ſpecierum non te præterit, quæ præſens ſit combinatio, nec feſtinantem medelam effugiet ex ſimplicibus concurrens, & ſi quid ſingularis ex concurſu duarum aut plurium reſultet, & peculiare ei obmovendum ſuppeditabunt compoſitionum, & ſymptomarum diverſorum conjunctorum practicæ leges, quæ medentibus maxima norma ſunt.

Re-

Reſtant pauca adhuc dicenda *de cholerica diſpoſitione*, habet id omne morborum genus præcipue eorum, quibus comes eſt febris vel iis pediſſequa, ut non ſemper integre erumpant in actum, ſed ſolum quodammodo ſe inſinuent; ita dyſentericos teneſmos non infrequenter obſervare eſt, qui dyſenterico tempore ægros ſat divexant, licet in ipſam dyſenteriam non determinetur, vere indole morbus dyſentericus, diſtinctus ab eo dejectionis modo abſentia.

Non diſſimiliter temporibus contingit cholericis, aut cauſis, choleræ diverſæ poſitis, ipſam quandoque choleram non ſævire, ſed ſolum ejus moleſtare innuitionem, tum ob materiæ copiam vel ſævitiem minorem, tum ob virium virtutem reſiſtentiamque potentiorem.

In hac affligit nauſea & teneſmus ut varia prognatus cauſa, ita & diverſis ſæviens phænomenis, quandoque adeo torquentibus, ut ægri non parum crucientur: qui cruciatus eadem mitiori tamen, ſubin etiam ob pertinaciam valentiori, longiori ſufferuntur medicatione, qua ſuperantur tormenta choleræ veræ.

§. XVI.

Attactis ſic potioribus choleræ ſpeciebus, nunc indolem morbi hujus, pauxillum conſideremus. In omni cholera functionum læſiones reperiuntur, pulſus quædam præternaturalis mutatio; calor corporis jam major jam minor deprehenditur, frigus alternat ſæpe, aut ægroto conſtanter adhæret. At-

que hæc omnino aſſertioni choleram ſemper febrilem eſſe, nihil repugnant.

Cauſæ demum eam excitantes humorum motum augent, dum prava, acrive ſua indole ſolida nimium ſtimulant. Amicitia etiam, & facilis conſociatio cum morbis cæteris febrilibus, choleram febre haud unquam liberam eſſe multum demonſtrant.

Ex quibus ſequitur, omnem choleram febrilem eſſe, nullam ſine febre procedere comite; & omnem de indole febrili vel febricoſa diſpoſitione participare; inde omnem vel inflammatoriam, vel biliofam eſſe, vel pituitoſam, vel aliam aut ex his conflatam; & prout hæ ſolæ currunt vel ſociatæ, prout denique pro his legibus parentem, ut ſimplicem modo, modo ut compoſitam, nunc ut benigniorem, nunc degenerantem, jam ut putridam aut ut malignam, putredine tamen & malignitate naturæ diverſæ, non ſemper ejusdem gradus, quin gradu priorum maximo etiam colliquativam, edomare affectioni, putredini, malignitati, huic illive recte oppoſitis ars jubet.

Hoc ſimul rationis eſt, cur choleræ iſtæ in ſpeciebus cholerarum fuerint intermiſſæ, quum & febrium ſuarum ſint ſolum intenſitates minores, majores, & ſpecierum dictarum varietates ex natura earum & theoria febrium bona ab ejusdem bene gnaro, non ſemper extremo molimine debellandæ.

Ita

Ita jam quæ vires aut concedebant, aut diſſertationis admittebant limites, de cholera, ejus indole, ſpeciebus, harumque varietatibus ad coronidem perducta ſunt; his lector benigne fave, & ſi quæ minus accepta fuerint deprehenſa aut paulo devia, non offenſo prætereas pede; dum via adaperta fuerit ad majora; fors maturior ætas & occaſio amplior aliquando meliora ſuppeditabunt.

VI.

GREGOR. UIBERLACHER
VINDOBONENSIS

DISSERTATIO
DE
HYDROPHOBIA.

§. I.

Peſſimus & terribilis morbus, quem venenum rabioſorum animalium homini communicatum, citius ſeriusve inducere ſolet, hydrophobia, & a quibusdam hygrophobia vel etiam pheugydron dicitur. Signum pathognomicum ingens aquæ, & omnium liquidorum metus, nominis cauſa eſt. Idem cum plura ſingularia ſymptomata habeat, aliis etiam nominibus inſignitus eſt. Cum ægros perſæpe ineluctabilis alios conſpuendi, vel etiam mordendi cupido invadat, rabies, & addito nomine canis, a quo plerumque venenum ſuſpicitur, canina, vel Kynolyſſon, cum aëris vel leviſſimus motus terreat, äerophobia, cum incredibilis rerum omnium

nium metus teneat; panthophobia, cum denique ſitis potu, qui horrorem incutit, non exſtinguenda vexet, phobedypſon appellatur. Aegri hoc morbo affecti hydrophobi, pheugydri, aquifugæ, rabioſi &c. vocantur.

§. II.

Aquæ metus ſeu hydrophobia, ſubinde aliud morbi non a veneno rabioſorum animalium orti, ſymptoma eſt. Viſus eſt in hæmitritæi ſpecie a) in febre ardente b) in febre putrida maligna c) in febre peſtilentiali d) in variolis e) in angina f) in gaſtritide g) in peripneumonia h) in metritide i) in ciſtitide l) ſupervenit melancholicæ m) epilep-

a) Hippocr. Lib. 1. Prædict. p. 68.

b) Boerhaave a Swietenio citatus in comm. aph. 1130.

c) Schenckius obſerv. de Med. Lib. 7.

d) Salius diverſus de febre peſtilenti c. 19. p. 362.

e) Journal de Medic. Janv. 1762.

f) Innes Medical Fſſais Vol. 1. art. 29. p. 283.

g) Idem, ibidem.

h) Jonrnal Encyclopedique.

i) Sagar, Syſtem. morbor.

l) Layard, Verſuch über den tollen Hundsbiß p. 53.

m) Galenus, de theriaca ad Piſonem, Libr. 1. Aurelianus de acutis paſſionibus Libr. 3. c. 13. Aetius Terabibl. 2. Serm. 2. c. 9.

lepſiæ a) paſſioni hyſtericæ; palpitationi cordis b) gravididati c) ſuppreſſioni menſium d) hydropia e); ortus eſt a percuſſione capitis f) a lapſu cum magna capitis commotione juncto g) a calore itineris h) a potu aquæ frigidæ æſtuante corpore, a ſummo hyemis frigore i) ex eſu toſtorum fagi fructuum l) radicum hyoſciami m) aliisque cauſis. Ejusmodi autem hydrophobia cum altera male confunderetur. Aliam enim, eamque diverſiſſimam cauſam habet, mitior plerumque eſt, & medendi methodo morbo principi accomodatæ ſæpe feliciter cedit, nec contagio propagatur. Hinc ut ab altera quæ vulgaris, contagioſa, & primaria dicitur, diſtinguatur, ſpontaneæ, ſymptomaticæ, & ſecundariæ nomen accepit.

§. III.

a) Vandelius a Sauvageſio citatus diſſert. ſur la rage §. 3.

b) Mead. Tentamen de venenis.

c) Journal de Medic. T. 16. janv. 1762.

d) Layard, ibidem.

e) Hamb. Magaz. B. 1.

f) Eſſais de Med. de la Societé d'Edimb.

g) Journ. de Med. T. 6. Fevr. 1757.

h) Ibid. T. 7. juil. 1757. T. 8. Août. 1757.

i) Kochlerus a Morgagnio de ſedibus & cauſis morbor. Epiſt. 8. art. 31. citatus.

l) Selig. diſſert. de hydrophobia ex uſu fructuum fagi

m) Barrere.

§. III.

Hydrophobia (vulgaris) autiquiſſimis quidem medicis, & vel Patri Aeſculapio cognita fuit; a Celſo a) tamen primum deſcripta, & poſtea a Galeno b) maxime autem ab Aureliano c) uberrime explanata eſt. Subſequentium temporum medici, morbi hiſtoriam ſuis obſervationibus locupletare, veram indolem detegere, & certam curandi methodum conſtituere, adlaborarunt.

§. IV.

Citiſſime decurrit, & paucorum dierum ſpatio occidit, febrim etiam plerumque comitem habet, hinc inter morbos acutos numerare oportet. Subinde autem lento gradu incedit, aut epilepſiæ inſtar, certis temporibus redit, & abit; tuncque, ad chronicos potius pertinere videtur.

§. V.

Non ſponte, ſed recepto ab animalibus, imprimis domeſticis canibus & felibus rabie affectis, contagio, naſci ſolet. Nata, ut animalium rabies communicato contagio aliis immittitur.

§. VI.

a) De Med. Lib. 5. c. 27.

b) De ſimpl. Medic. facult. L. 11. c. 1.

c) L. 3. c. 25.

§. VI.

Rabies autem animalium ex cauſis internis oritur. Non tamen omnia animalia ſpontaneam patiuntur. Sola canum generis animalia canes, lupos, & vulpes absque contagii labe, reliqua, feles, equos, aſinos, mulos, camelos, boves, ſues, gallos gallinaceos, gallinas, anſeres, anates, lepores, urſos, leopardos, ſimias &c. contagio infecta, rabioſa fieri, ſedula obſervatio docuit.

§. VII.

Cauſæ, quæ rabiem canibus inducunt, ſequentes ſunt:

1ma. Magnus aëris calor, aut frigus, & caloris, frigorisque viciſſitudo. Hinc ſæpe in regionibus frigidis, ſæpius in calidis, ſæpiſſime in regionibus, ubi & æſtas, & hyems modum excedit, raro autem in temperatis, occurrit. Hinc æque fervidiſſima æſtate, ac aſperrima hyeme, obſervatur. Hinc ab immoderata cubiculorum, in quibus canis degit, calefactione, a repentina canis ex calefacto cubiculo in aërem gelidiſſimum proceſſione, ſimilique cauſa inducitur.

2da. Cibus carneus, pinguis, ſubputridus, putridus, admodum ſalſus, aut aromaticus.

3tia. Potus aquæ ſtagnantis, inſectis impręgnatæ, putredine corruptæ, ſalinæ.

4ta. Fames, ſitisve diu tolerata.

5ta. Eſculentorum & potulentorum fervidorum aut gelidorum æſtuante corpore ingurgitatio.

6ta. Curſus nimium incitatus; aut diutius continuatus.

7ma. Coitus petulantior; protractior.

Hæ cauſæ ſæpe quidem ſolæ, ſæpius tamen aliis junctæ rabiem creant. Aeſtus corporis a calore atmoſphæræ, cubiculi, curſu, coitu &c., & victus putridus, hauſtus aquæ ſalinæ, putrefactæ, ciborum inopia ſtipatus, canes certius citiusque rabie afficit. Male vermes accuſantur. Frequentiſſime enim omnis generis vermes in cadaveribus canum non rabioſorum reperiuntur, a) & in rabie peremptorum ſubinde fruſtra quæruntur. b) Peſſime autem vermiculus ſublingualis catulis non exemptus rabiei cauſa aſſumta fuit. c) Qui enim vermiculus earum dicitur, peculiaris, quaſi tendinoſa, & quandoque quaſi ſubcartilaginea muſculis vicinis ope telæ celluloſæ adnexa ſubſtantia eſt, qua pro longitudine tenuior canum lingua firmari, ſuisque in motibus adjuvari videtur. d) Hac etiam dudum exſecta rabies obſervata legitur. e)

Ex

a) Swieten in comment. aph. 1134.

b) Portal, Bemerkungen über die Natur, und Heilung der Wuth ꝛc. c. p. 54.

c) Plinius, Hiſtor. nat. T. 29. c. 5.

d) Morgagni, Epiſt. 8. n. 35.

e) James, treatiſe on canine Madneſſ. p. 202.

Ex ſimilibus cauſis, maxime autem ex fame, & acriori gelu, lupi & vulpes rabioſi fieri videntur.

§. VIII.

Naſcente in canibus rabie, ſequentia ſigna ſe offerunt: triſtitia, cibi potusque inappetentia; tardus ſegnisque, vocante hero, acceſſus; fuga hominum, atque amor ſolitudinis, & latebrarum; murmuratio, ululatus, nullus autem latratus; ingreſſus languidus, ſubtitubans; caput ſomnolentum, nutans; aures caudaque demiſſæ; oculi triſtes, lachrymoſi; nares muco madidæ, ſtillantes; os apertum; lingua ſordibus obducta.

Hic eſt primus mali gradus. Ex eo autem rabies certo prædici nequit. Eadem enim ſymptomata in aliis canum morbis obſervantur. Ex ſecundo autem gradu certa affirmari poteſt.

Hoc ſubeunte, canis omnem cibum, maxime autem potum averſatur; vocem quamcumque non percipit; neminem, ne herum quidem ſuum, amplius agnoſcit; oculos nunc flammeos, trucesque contendit, rotatve; inquietus eſt; acceſſuros indignatur, accedentes autem mordet; emaciatur; improbe maſticat; ore hiante ſpumat; linguam ſordidam, plumbeamque exſerit; anhelat; aquam, & omne aquoſum horret; domicilium, qua data via fugit; profugus contentis oculis, demiſſa cauda celerrime, & recta plerumque via, decurrit, amni fluviove ſi forte occurrit, territus terga vertit; obvia quæque plerumque invadit, mor-

mordet, canes, a quibus odoratu procul certiſſime noſcitur, ſummo terrore incuſſo in fugam conjicit; viribus fractis vacillans ſomnolenti, ebriive inſtar incedit, conſumtis collabitur; collapſus quaſi terræ affixus jacet, raro reſurgit, & membra reſoluta trahit; convellitur, moritur.

Alter hicce gradus raro in diem tertium, rariſſime in quartum, & ſæpe vix per triginta horas fertur.

Enarrata rabiei phœnomena ſunt ſymptomata febris acutæ, quæ accedente altero morbi gradu erumpit, & cum ſymptomatum omnium, maxime furoris augmento per vices exacerbatur.

Subinde contingit, ut morſu a cane inflicto, & canis, qui vel aufugit, vel antequam evidentia rabiei ſigna exhibuerit, occiſus eſt, de rabie dubitetur. Hoc in caſu cel. Petit a) fruſto carnis elixæ, fauces, dentes, & gingivas canis mortui fricare & carnem affrictam cani offerre ſuadet; ſi mortuus canis rabioſus fuit, oblatam carnem cum clamore repudiari, ſin minus, avide comedi afferit. Cum autem canes, quidquid caninum cadaver olet, niſi forte ingenti fame coacti reſpuant, b) incertitudinem hujus experimenti intelligimus. Antiquiores alia ratione ſibi dubium

a) Academ. des ſciences 1723. Hiſt. p. 39.

b) Jonſton, Taumatographia, Cap. 7.

bium ſolvere conſueverunt. a) Micam panis vulneri inflicto per noctem impoſuere, & ſanguini ex vulnere fluenti immiſere, inde avi, gallinæve propinavere, ſi repudiabatur, aut aſſumta brevi necabat, veneno rabioſo tinctam fuiſſe pronunciavere.

Quæ alia animalia ſive ſponte, ſive contagio recepto afficit rabies, ſimilibus ac canina ſignis ſe manifeſtat.

§. IX.

Modi, quibus tetri morbi venenum communicari poteſt, multiplices ſunt; communicatur enim 1mo. morſu vel leviſſimo etiam; 2do. oſculo ſive ab aquifuga ſano, ſive a ſano aquifugæ infixo. 3tio. linctu, 4to. aſperſione ſalivæ, 5to. contactu ſalivæ recentis, 6to. applicatione corporis venenata ſaliva etiam dudum exſiccata infecti linguæ, gingivis, labiis.. Sunt quidem, qui venenum ſola ſalivæ in corpus per morſum immiſſione, aut interventu alius corporis in os receptione, non vero applicatione ad cutim quomodocunque facta communicari poſſe aſſeverant. Verum cum cl. viri hydrophobiam a ſaliva cuti absque vulnere admota ſubſecutam viderint, facile contrarium evincitur. Quod quandoque ſaliva cutim absque noxa contigerit mirum non eſt. Ablu-

a) Lanfrancus, Chirurgia magna, & prava. Palmarius de morbis contagioſis.

lutione enim haud dubie illico inſtituta facile abſtergi potuit.

Olim venenum non ſolum ſalivæ, verum etiam carnis, lactis, ſanguinis materiæ perſpirabilis & ſudoris, halitus, ſeminisque ſuſcepti interventu communicari, creditum fuit. Verum cum indubiis obſervationibus conſtet, carnem, lac, ſanguinem, aliamve animalis rabioſi partem aſſumi, cutim hydrophoborum etiam ſudore madentem tangi, comprehendi, hydrophobis adſtari, cadavera hydrophoborum aperiri, vulnera inſtrumento, quo animal rabioſum occiſum, aut cadaver hydrophobi diſſectum fuit, infligi, coitum denique celebrari, quin hydrophobia ſubſequatur, hodie nil niſi ſaliva noxia habetur. Infelices, qui ab alia, quam ſalivali animalis rabioſi hominisve hydrophobi parte hydrophobiam contraxiſſe viſi ſunt, aut ſimul, aut occulta quadam ratione ſaliva inquinati cenſentur.

§. X.

Communicatum venenum non illico agere, ſed, donec aut mora temporis ſponte actuoſum fiat, aut cauſarum excitantium acceſſu in actum deducatur, iners latere ſolet. Nunquam ante primum, raro ante tertium, ſæpe circa octavum, ſæpiſſime circa quadrageſimum a veneno ſuſcepto diem, hydrophobia comparet. Subinde poſt plures menſes, imo poſt annos etiam, magnis non raro humorum mutationibus v. g. febri varioloſa, intercurrentibus, inopinate erumpit. Viſa eſt poſt

quatuor a) ſex b) ſeptem c) decem d) menſes, poſt annum e) poſt duos f) ſex g) ſeptem h) decem i) octodecim k) vinginti l) quadraginta denique m) a morſu inflicto, annos. An autem omnes ejusmodi ſerotinæ hydrophobiæ cauſis, a quibus repetitæ ſunt, adſcribendæ fuerint, dubitare licet. Poſſunt enim ſpontaneæ, ſymptomaticæ fuiſſe; poſſunt a recente contagio occulto quodam modo recepto originem traxiſſe.

§. XI.

Varia demorſi natura, varius ſex rerum non naturalium uſus, varia partis demorſæ conditio, major denique minorve veneni truculentia cauſæ, cur venenum modo citius, modo ſerius operari in-

a) Mathiolus in Dioſcrid. p. 1008.
b) Act. nat. curioſ.
c) Aeginetta L. 5. c. 3. p. 74. Aetius L. 6. c. 24. p. 107.
d) Schenckius, libro citato.
e) Galenus, Bauhinus hiſt. luporum aliquot rabidorum.
f) Chirac, Centuria 1. Obſ. 96.
g) Braunſchweigius, in Chirurgia.
h) Aurelianus.
i) Chirac.
k) Salmuth.
l) Schmidius, Miſcell. cur. dec. 1. ann. 9. p. 117.
m) Caſp. a Roies Elyſ. jucund. quæſt. camp. qu. 61. n. 17.

incipiat, eſſe ſolet. Experientia enim docuit: 1mo. homines irritabiles, calidos, bilioſos, juvenes magis; torpidos, pituitoſos, frigidos, ſenes minus in hydrophobiam vergere, 2do. hydrophobiam mente ſecura & hilari diu ſilere, perturbata autem, triſtitia, metu, terrore, ira &c., affecta brevi infeſtare. 3tio. Atmosphæra calida frequentius, frigida rarius invadere: 4to. cibo, potuque calefaciente, exercitio corporis valido, perſpiratione, alvo, ſuppreſſis, maturari, & e contra diæta antiphlogiſtica, quiete corporis, excretionibus libere procedentibus, procraſtinari. 5to. Eo citius comparere, quo vulnus inflictum glandulis ſalivalibus proprius eſt, ideoque v. g. facie, collove demorſis, poſt paucos, tres, quinque, ſeptemve dies, artubus autem vulneratis poſt plures ſeptimanas; menſesve ſequi. 6to. Eo celeriore paſſu accedere, quo venenum morſu immiſſum ſive ex fervidiore animalis rabioſi ira, qua exacerbatur, efficacius fuit.

§. XII.

Dum contagium communicatum actuoſum fieri incipit, plerumque in parte contagio infecta prima ſigna comparent. Vulneris conſolidati cicatrix prurit, dolet, ardet, rubet, hincinde elevatur, aſpera & inæqualis fit, ſæpe etiam dehiſcit, & rubellam, atramve, fætentem, acrem, lintea tamen immiſſa non corrodentem ſaniem ſtillat, carnem quaſi fungoſam & corrupto ſanguine farctam, labia autem retorrida, exhibet: ambitus intumeſcit, & molleſcit. Simili modo vulnus con-

tagio acturo nondum cicatrizatum mutatur. Circa locum demorſum, & vicina dolores pungentes preſſorii aliive, vagi, quaſi rheumatici percipiuntur, qui ſubinde trium, quatuorve dierum ſpatio ad cerebrum usque adſcendunt, tunc vertiginem faciunt, & hydrophobiam brevi ſecuturam nunciant. Si cuidam parti absque vulnere v. g. linctu contagii labes impreſſa fuit, hæc dolore, ardere ſolet.

Huic partis affectæ mutationi, caterva ſymptomatum ſuccedit: laſſitudo; gravitas; mæſtitia; amor ſolitudinis; inquietudo; frequens leipothymia; ſuſpiria; anxietas; pectoris conſtrictio; reſpiratio difficilis; vox interrupta, tremula, mox acuta, mox gravis, ſubinde etiam per breve tempuſculum perdita; faucium anguſtatio; inappetentia; colica; alvus inordinata; urina aquoſa aut ſponte fluens, aut difficillime mittenda; perſpiratio parcior; cutis ſicca, aſpera; facies pallida, contracta; frigus continuum, per momenta acutiſſimum; muſculorum tremor; maxillæ inferioris motitatio, aut ad ſuperiorem arcta appreſſio; ſomnus inquietus inſomniis horrendis, convulſiones etiam excitantibus, aut febrili rigore, calore, ſudore, turbatus; pulſus aut immutatus, aut debilis, parvus, inæqualis, intermittens.

Hic eſt primus morbi gradus (die ſtille Wuth) quem citius, ſeriusve poſt dies plures, paucioresve, poſt ſeptimanam unam alteramve, poſt menſem etiam ſecundus (die offenbare Wuth) excipit.

Hoc

Hoc ſubeunte frigus recedit, & calor æquabilis per totum corpus diffunditur. Is brevi ita increſcit, & locum demorſum parteſque interiores, maxime caput & fauces, tam vehementer afficit, ut ægerrime feratur. Qua proportione color augetur, eadem pulſus elevatur, ita, ut demum fortiſſimus, vibrantiſſimus, celerrimus fiat. Hujus febris vehementia ſubinde tanta eſt, ut delirium, convulſiones, apoplexiam, & mortem inducat. Continua eſt, ſed per vices remittit, & per vices exacerbatur. Rara febris adeſt. Subinde frigori univerſi corporis, pulſus debilis, nunc celer, nunc tardus, omnimodo malus, & ſyncope frequens jungitur. Aliquoties in brachio demorſo intolerabili ardore affecto pulſus debilis, & parvus, in oppoſito autem fortis, & magnus obſervatus eſt.

Eodem tempore ſitis, & cum ſiti potus deſiderium accedit. Sed, res miſerrima! aquæ, & omnis aquoſi deglutitio impoſſibilis eſt. Subinde fieri quidem poteſt, ſed inſigni cum difficultate, & acerrimo cum dolore. Si, ſiti urgente tentatur, horror, anxietas, convulſio, furorve ſequitur. Aquæ etiam conſpectus, nomen, & quidquid aquæ ideam renovat, res pellucida, vel ſpeculi ad inſtar reflectens v. g. glacies, vitrum, lamina metallica polita, ſplendidus culter, aut gladius &c. ferri nequit, & tremores; muſculorum aciei diſtorſiones ſummam reſpirandi anguſtiam &c. creat. Ipſa ſaliva quæ magna copia in os fluit, cum horrore longe exſpuitur. Offa autem ſolida plerumque facile, citoque deglutitur, & ſæpe avide comeditur. Cum hydrophobia alia

quoque gravia ſymptomata comparent. Aëris vel leviſſimus motus, & minimus etiam ſonus validisſime afficit, & ſæpe totum corpus turbat: hinc januæ, feneſtræve apertura, celerior cujusdam acceſſus, clamor &c. moleſtiſſime fertur. Subinde in locis tranquilliſſimis ſuſurri, fragores, latratus &c. audiuntur.

Lux etiam offendit. Ideo aut obvelata facie, aut obductis feneſtris tenebræ parantur. In ipſis autem his tenebris radii ſolares potentiſſime in oculos agunt, ita, ut omnia etiam ſcintillæ, fulgoresve conſpiciantur.

Ineluctabile adſtantes conſpuendi, vel etiam mordendi, deſiderium ſæpiſſime per vices invadit. Facies ſanguine ſuffuſa, oculi immobiles, flammei, lucidi, (ſi nox fuerit) muſculorum faciei diſtorſio, clamor, & ferox lædendi conatus, furentes refert; omnis tamen furor abeſt. Aegri, dum paroxismum inſtare præſentiunt, monent, ut adſtantes ſibi conſulant, ut a morſu & ſputo ſuo caveant; fuere etiam, qui vincula ſibi injici non ſolum permiſerunt, verum etiam ſuaſerunt. Summa etiam rabie accenſi, timent, ne aliis noceant. Sunt tamen, qui delirantur, furunt, & viribus muſculorum ad prodigium usque magnis vix funibus coërceri poſſunt. Subinde mens continuo aberrat; plerumque autem ſana perſtat. Interea ſæpe admodum mutata eſt. Plurimos ingens metus tenet, ita, ut undique mala imminere cenſeant: multi tanta inquietudine affecti ſunt, ut continuo fugam moliantur: quidam amicos odio perſequuntur &c. Satyriaſis, & libidinoſa ſeminis ejacu-

cu-

culatio viros, nymphomania fœminas frequenter afficit.

Dolores acerbiſſimo pleroſque diſcruciant, ita ut mortem, certiſſimum, & citiſſimum ſolamen, vi ſibi inferant, aut ab aliis inferendam expetant. Appetitus antea imminutus nunc plane proſternitur; vomitu materia pituitoſa, bilioſa, porracea, fuſca, & ſæpe cum levamine ejicitur; alvus pertinaciſſime clauditur, urina rubra, ſpiſſa mittitur, parce ſecernitur, & ſubinde etiam ſupprimitur. Omnia hæc ſymptomata continuo pejora fiunt, interea etiam priora exacerbantur. Ita ægri conditio calamitoſiſſima evadit.

Morbo admodum provecto univerſa corporis ſuperficies ſicciſſima & aſperrima fit, & ſæpe maculis hincinde deturpatur; facies inſigni rubore perfunditur, inflatur; palpebræ & labia liveſcunt, nigreſcunt; oculi ſanguinei aut contenduntur, aut rotantur; ſpumoſa ſaliva os circumfluit; lingua arida, atque aſpera ex ore prominet; vox rauca interrumpitur, perit: anxietas, & reſpirandi difficultas ſumma; corpus vel convulſionibus exagitatur, vel ſpaſmo riget, vel paralyſi reſolvitur. Is autem miſerrimus ægrorum ſtatus non diu durat. Brevi enim vires collabuntur, pulſus incipit vacillare, imo deficere, reſpiratio ſummo molimine peragitur, ſudor gelidus, viſcidus, per totum corpus exit, & mors plerumque convulſionibus ſtipata malo finem imponit.

Raro vel nunquam quartum diem hic morbus excedit ab acceſſu aquæ metus imprimis computando. Subinde veneno actuoſo reddito morbus quidem hydrophobicus comparet, ſuis ſymptomatibus levioribus, gravioribusve, ipſo etiam aquæ metu ſtipatus afficit, & exactis aliquibus diebus diſparet, poſt menſem autem, menſesve, poſt annum, annosve redit, ſolito ſeſe modo gerit, iterumque abit, atque ita periodice accedit, receditque. Quo autem ſæpius revertitur, eo plerumque mitior, & brevior eſt, & tandem ægro valedicit. Schmidius, a) Hildanus, b) Layard c) aliique ejusmodi hydrophobias narrant.

§. XIII,

Cadavera hydrophoborum varia, & ſæpe ſibi oppoſita offerunt. Habitus plerumque eſt ſicciſſimus, quaſi tabe peremptorum, ſubinde tamen ſatis plenus non raro maculis lividis, nigrisvo hincinde deturpatus; tela celluloſa ſubcutanea & omentalis ſæpe inanis, raro pinquedine diſtenta; muſculi plerumque exſucci, & quaſi conſumti; cerebrum, cerebellum, medulla ſpinalis, cor, pulmones, pancreas, hepar, lien, & omnia viſcera fere ſemper ſolito ſicciora; ſinus duræ matris frequenter nigro, ſpiſſo, grumoſoque, aut fluido etiam ſanguine dilatatæ; vaſa piæ matris cre-

a) Miſcell. cur. dec. 1. ann. 9. p, 118.

b) Obſerv. chirurg. cent. 1. p. 65.

c) Libro citat. p, 104. 132.

crebro infarcta, raro inflammata; cavitates cerebri utriusque ſæpius inanes, rarius lympha, ſerove inundatæ; nares, fauces, velum palati, lingua flavo, vireſcenti, tenaci muco frequenter obducta; uvula ſæpe minor, contractior; pharinx, œſophagus, & aſpera arteria, ſæpe quidem inflammata, aut etiam ſubgangrænoſa, ſæpius tamen ſana rariore caſu œſophagus valde anguſtus, & contractus inventus; ventriculus & inteſtina ſubinde a phlogoſi rubent, plerumque autem ſui coloris ſunt, cavitas autem ventriculi ſæpiſſime materiem pituitoſam, bilioſam, flavam, porraceam, fuſcam gerit, & ea inteſtinorum aëre elaſtico diſtenditur; hepar plerumque integrum, quandoque inflammatione tumefactum, aut gangræna corruptum; veſicula fellea vix non ſemper bile tenaci, viridi, atra plena, pulmones perſæpe multo ſanguine infarcti turgent, perraro marcidi flaccent, quandoque inflammatione correpti ſunt; pericardium aut omnino nihil, aut ſolito plus ſui humoris habet; cor aut vacuum, aut grumis, polypiſve repletum, ſubinde (aëre elaſtico) dilatatum; arteriæ ſæpe vacuæ, venæ autem plenæ, raro vice verſa arteriæ plenæ, venæ vacuæ; (non autem in toto arteriarum, & venarum tractu, ſed in ejus parte tantum v. g. in ſola arteria aorta, & vena cava, aut in ſola arteria & vena iliaca hæc vacuitas, aut plenitudo invenitur) ſanguis ſæpe ſanguini plerorumque cadaverum ſimilis, omni vitio caret, ſubinde autem diſſolutus eſt, & vix in aëre coit, & ſubinde coagulatus deprehenditur; univerſum cadaver quandoque horrendum fœtorem ſpargit, & cito vel media etiam hyeme computreſcit, plerumque autem ſumma hac in putredinem proclivitate expers eſt. Cadavera animalium

malium rabioſorum ſimili modo ſeſe habere videntur. Cel. Portal in aperto canis rabie peremti cadavere pharyngem, & laryngem inflammatum, œſophagum, ventriculum, & inteſtina tenaci materie obducta, pulmones ſanguine turgidos, grumos ſanguineos in corde, aquam rubellam in pericardio, reliqua omnia naturalia invenit.

§. XIV.

Hiſtoria morbi breviſſime expoſita naturam tam morbi, quam veneni, paucis monſtrare convenit.

De hydrophobiæ natura multiplex ſententia prolata eſt. Bonnet, a) Bartholin, b) Deſault, c) aliique verminoſum morbum eſſe pronunciarunt. Hæc autem ſententia, poſtquam vermes in canum cadaveribus ſæpe fruſtra quæſitæ ſunt, exolevit. Codronchi d) cordis vitium accuſat. Verum etſi cor in hydrophobia affectum ſit, omnium tamen malorum origo dici nequit. Selig e) febrim malignam vocat, qua totum quidem corpus, maxime tamen hepar, primaria vene-

a) Sepulch. anatom. tom. 1. l. 1. ſect. 8.

b) De rabie contagioſa.

c) Diſſ. ſur la rage.

d) De hydrophobia, hellebóro, & ſale abſynthii. Cent. 3. obſ. 48.

e) Diſſ. citat.

neni ſedes, patiatnr. Huic autem opinioni repugnat. 1mo. Quod febris, ſi hydrophobiam comitatur, raro maligna ſit, & 2do. quod hepar, etſi vitioſum inventum fuerit, ſæpe omni vitio careat. Aromatarius a) anginam inflammatoriam morbi cauſam eſſe, & ad alia omnia ſymptomata proficiſci cenſuit. Hanc etiam multi ſubſequentium medicorum aſſumſerunt. Verum inflammatio pharyngis, œſophagi, & aſperæ arteriæ ſæpe abeſt; non ergo præcipua morbi cauſa ſtatuenda eſt. Celeberrima ſententia eſt, hydrophobiam gravem nervoſi ſyſtematis affectionem eſſe. Jam Democritus b) ejus ſedem in nervis & cerebro eſſe arguit; & plurimi veterum medicorum idem ſenſerunt. Recentiores unanimi fere ore nervos pati profitentur. Hanc ſententiam argumentis fulcire & juvat, & decet.

1mo. Omnia ſymptomata & incipientis & progredientis & in mortem ſe vertentis morbi nervoſa ſunt. Horripilatio, frigus, pulſus debilis, parvus, inæqualis, leipothymia, triſtitia, amor ſolitudinis, inquies, laſſitudo, ſomnus perturbatus &c. nervorum affectorum ſigna, ſubeuntem hydrophobiam nunciant. Vocis frequens mutatio, thoracis conſtrictio, reſpiratio difficilis, anxietas, ſuſpiria, faucium anguſtatio, cardialgia, colica, alvus inordinata, urinæ tenuitas, fluxus aut ſpontaneus, aut impeditus &c. eodem tempore comparentia affectiones ſpasmodicæ ſunt.

Aquæ

a) De rabie contagioſa.

b) Aurel. L. 3. c. 14.

Aquæ metum, ſignum morbi pathognomicum, nervoſum ſymptoma eſſe oſtendendum eſt. Canis imaginem in aqua conſpici, hinc aquam horreri male a Baccio a) aliisque dictum eſt: omnis enim hydrophobus ſe aliquid in aqua videre, negat, & vix ullus tecta etiam liquida per ſiphonem trahere poteſt. Aeque male ægri pertinacia, aut amentia accuſatur b): ſitientiſſimus enim & ſummo potus deſiderio flagrans & mente ſaniſſimus aquam nec bibere nec aſpicere poteſt. Inflammationem faucium cauſam non eſſe, vidimus. Maxime hiſce temporibus difficultas liquida deglutiendi, & dolor ſub deglutione accuſari ſolet. His effici aſſeritur, ut aquæ potus, & potum in mentem reducens aſpectus horreatur, & motus convulſivos muſculorum faciei, œſophagi, thoracis &c. excitet. Atque hæc ſententia non infirmis niti talis videtur.

Multos hydrophoborum magno bibendi deſiderio, affectos, atque etiam bibere tentantes ſola difficillima, & maxime dolorifica deglutitio a potu abſterret; & demum vel ad liquidorum conſpectum tremere, convelli, angi, ſuffocari facit. c) Hydrophoba, cujus hiſtoriam doct. & expert. D. Ferro mihi communicavit, aquam deglutiebat, ſed ſumma cum difficultate, & intolerabili cum dolore, ideo omnem potum pertinaciſſime adver-

a) De venenis p. 76.

b) Mognet. ſepulch. anatom. L. 1 Sect. 8.

c) Morgagni, Epiſt. 8.

verſabatur, & conſpecta aqua, conſpectove aquam continente vaſe anxia fiebat, diſtractiones muſculorum faciei patiebatur, &c.; eadem tamen præmiſſa aſſeveratione aquam non potandi cauſa afferri, aquam absque malis ſymptomatibus, non tamen absque metus ſignis aſpiciebat. His igitur non antipathia adverſus aquam ſed difficultas, & dolor deglutitionis liquida abominabilia fecit. Id etiam huic ſententiæ favet, quod non pauci, qui potum avidiſſime deſiderantes, aquam, ne ad conſpectum horrore concutiantur, ex vaſe clauſo per fiſtulam ſugere tentarunt, decepti fuerint.

Sed qua ratione fit, ut cum offa ſolida facile deglutiatur, nihil liquidi deglutiri poſſit? Convulſio pharyngis, & œſophagi cauſa eſſe videtur. Hæc enim in hydrophobis evidentibus ſeſe ſignis manifeſtat. Dum enim vel liquida deglutire tentant, vel ſolummodo aſpiciunt, facies mire contorquetur, dolorificus conſtrictionis ſenſus per totum œſophagi tractum percipitur, ventriculus inflatur, anxietas naſcitur, inſpiratio laborioſe peragitur, & non raro artus motibus convulſivis agitantur. Multi interrogati, cur non bibant, ob magnam faucium, gulæve anguſtiam & conſtrictionem, reſponderunt. a)

Cur autem pharyngis & œſophagi convulſio, quæ liquidi deglutitionem impoſſibilem, & dolorificam reddit, ab offa ſolida aut non naſcitur, longe minor boli devolutionem non impedit? An

a) Salius Diverſus, c. 19.

An a veneno hydrophobico pharyngi, & œſophago peculiaris quædam irritabilitas ab omni liquido validiſſime, ab offa autem ſolida vix, aut plane non afficienda inducitur ita, ut aquæ deglutiendæ, conſtrictione, quam admittit maxima, & hinc dolorifica orta, omnis tranſitus negetur, cibo autem ſolido devolvendo, contractione ſolito vix majore nata, expedita via maneat? Sane virgo hydrophoba cruſtulum panis ſiccum comedere non abnuit, vino autem madefactum deglutire recuſavit a); & ruſticus, qui panem absque incommodo deglutiit, diris, dum digitum aqua humectatum linguæ admovit, convulſionibus comprehenſus fuit b). An verum innata irritabilitas ita exaltatur, ut liquida, quæ arctiſſima ad ſui deductionem conſtrictione egent, ſummo, & maxime dolorifico ſpaſmo oborto nequaquam, ſolida autem, quæ minimam ad ſui devolutionem contractionem poſtulant, fecile deglutiri poſſint? Mulier cæteroquin ſaniſſima, quæ ut videbatur, ex œſophagi ſpasmo ſolida facile, fluida autem nulla ratione deglutire poterat, emendato malo magnos liquidorum rivos ſimul & ſemel ingeſtos, non autem parvam liquidorum copiam in ventriculum demittere poterat c); & ſimili modo vir hydrophobus cum moleſtia aquam deglutire incipiebat, ſed prima potionis parte hauſta reliquam haud difficulter deglutiebat d).

Non

a) Morgagni, Epiſt. 8. n. 29.

b) Haguenot. mém. de la Soc. de Montpell. t. 13. p 43.

c) Swieten in comment. §. 1142.

d) Morgagni, Epiſt. 8. n. 27.

Non tamen omnes hydrophobos difficultas dolorque deglutitionis a potu abſterret; & hinc ſententia huic ſuperſtructa univerſalis non eſt. Sunt enim hydrophobi, qui primo initio, dum venenum illud actuoſum fit, potum facillime aſſumunt, mox autem ipſi mirantur, quare potum, qui antea placuerat, nunc horreant a). Sunt, quibus ab animale rabido demorſis nil mali ſuſpicantibus, intolerabilis aquæ conſpectus hydrophobiam omnium primo nunciat. Famulus optime ſeſe habens, ſubito aquæ conſpectum, aut attactum dum ſcyphos eluere vellet, non tulit b). Virgo ſaniſſima amniculum quendam tranſitura ſubito hydrophobam ſeſe oſtendit c). Monachus bene valens per foſſam conſpecta aqua nonniſi cum ingente horrore ac metu tranſire potuit d). Sæpe igitur metus aquæ moleſtiam a potu deglutito perceptam non ſequitur, ſed potius præcedit. Sed ſive antipathia adverſus liquida, ſive labor, dolorque deglutitionis a ſpaſmo fibrarum muſcularium pharyngis & œſophagi natus aquæ metum faciat, utroque tamen in caſu ſymptoma nerveum eſt.

Ejusdem indolis ſunt ſymptomata hydrophobiæ adſociata. Photophobia, & aërophobia ab aucta nervorum ſenſibilitate naſcitur, & non ſolum

a) Swieten in comment. §. 1148.

b) Sauvages Diſſ. ſur la rage p. 12. in notis.

c) Morgagni Epiſt. 8 n. 29.

d) Foreſtus L. 10. Obſ. med. 27.

lum hydrophobiæ, verum etiam aliorum ſyſtematis nervei morborum comes eſt. Dolores acerrimi, uti in paſſione hyſterica, ita in hydrophobia nervorum affectioni adſcribendi eſſe videntur. Hi muſculos, maxime maxillam moventes mox in convulſiones, mox in ſpaſmos conjiciunt. Ingens adſtantes & conſpuendi & mordendi cupido, ſatyriaſis, nymphomania quid niſi nervorum paſſio eſt? Mentis mutationem quis non ſenſorii communis vitio imputabit? Ipſa febris, ſi adeſt, nervoſa dicenda eſt. Quippe cor, & arteriæ irritabilitate aucta violentius agant oportet; & fortaſſe ſtimulus veneni calcaris vicem ſubit. Virium dejectio, quæ ſubinde obſervatur, oppoſitam cauſam habere videtur. Summa denique nervorum mala convulſio, & paralyſis morti plerumque præcedunt. Tota igitur morbi hiſtoria gravem nervoſi ſyſtematis affectionem eloquitur.

Cådaverum conditio idem docet. Cui enim hydrophobiam adſcribas, aſperæ arteriæ, pharyngis, œſophagi & ventriculi inflammatio raro deprehenditur; e contra œſophagus valde anguſtus, & conſtrictus, uvula in velum introtracta ſpaſmi poſt mortem etiam perſiſtentis teſtimonium præbet.

Felix remediorum antiſpaſmodicorum opii, moſchi, caſtorei, aſæ fœtidæ, camphoræ, ſalis alcalini volatilis, ſuccini, balneorum tepidorum, venæſectionis &c. uſus hanc rem egregie confirmat.

Li-

Licet autem hydrophobia morbus nervoſus ſit, non tamen multiplici ſolidorum, & fluidorum vitio caret. Symptomata enim nervea totum corpus turbant, & immutant. Febris, abſtinentia a potu, uber ſalivæ fluxus (a pharyngis & œſophagi ſpaſmo vaſa tranſeuntia ſtringente, & ſanguinem ad partes vicinas urgente, ab aliis excretionibus imminutis aut ſuppreſſis, & ab aucta humorum circulatione ortus) liquidorum defectum; reliquorum inſpiſſationem, ad ſecretiones & excretiones obeundas ineptitudinem, ſolidorum exſiccationem, rigiditatem, vaſculorum minimorum contractionem, indeque anguſtationem, & obliterationem creat. Bilis admodum patitur. Oleum quidem in tela celluloſa collectum vi febris fuſum materiam ſuppeditat, hinc majore copia ſecernitur; ſed cum liquidi diluentis defectus adſit, ſpiſſior, tenacior, acrior naſcitur.

Varia quoque ſyſtematis nervei affectio tam ejus quantitatem, quam qualitatem vario modo mutare videtur. Sanguinis inſpiſſatio, & motus febrilis ad inflammationem diſponit; hinc accedente ſpaſmorum vi facile in pharynge, œſophago, ventriculo, inteſtinis, áſpera arteria, & pulmonibus inflammatio excitatur. An & veneni alluentis ſtimulus quidquam confert? Is ſane ex glandulis muciparis oris fauciumque, copioſum, viſcidum flavum, vireſcentemve mucum prolicere videtur. Reſpiratio difficilis efficit, ut ſanguis in pulmonibus, & in encephalo coacervetur, vaſa continentia diſtendat, anevryſmatica, varicoſa reddat, & multiplicia inde oriunda mala producat.

Hæc conſtans morbi natura eſt. Subinde autem venenum non in ſolum ſyſtema nerveum, verum etiam in ſanguineum diſſolvit, putrefacit, aut coire, coagulari facit. Tunc igitur ſyſtematis nervei paſſioni, & ejus effectibus graviſſimum ſanguinis vitium jungitur.

§. XV.

Natura veneni nos hucusque latet. Cl. quidem Deſſault a) cum canes putrida, verminoſa carne utentes ſæpe rabioſi fiant, cum in rabioſorum cadaveribus vermes repertæ fuerint, cum denique mercurius, quem vi ſua anthelmintica utiliſſimum habens tentavit, profuerit, venenum verminoſum eſſe ſtatuit. Huic autem opinioni tam multa repugnant, ut aſſumi nequeat. 1) Enim rabies a multis cauſis vermium geneſi non faventibus naſcitur; 2) Vermes, etſi ſubinde in cadaveribus inventæ fuerint, ſæpe deſiderantur; 3) Hydrophobia absque anthelminticis remediis tam averruncata, quam ſanata fuit.

Quidam b) cauſas rabiei canum ſanguinem in hydrophoborum cadaveribus diſſolutum, putridumque eſſe perpendentes venenum alcalinæ indolis, & quidem ſali alcalino volatili analogum eſſe, cenſuere. Sed, ſi ita eſt, cur ſanguis ſæpe immutatus & quandoque coagulatus apparet? Cur recom-

a) Diſſ. citat.

b) Sauvages, Diſſ. citat. Oehne, Hannöv. Magazin 1778. St. 19.

commendata acida utilitatem non adferunt? Alii a), poſtquam hydrophobiam morbum nervoſum eſſe intellexere, & remedia a veteribus commendata, cinerem cancrorum, oſtracodermata &c. abſorbentia eſſe videre, venenum acidum eſſe pronunciarunt. Sed, ſi ita eſt, cur abſorbentia non proſunt? Cur ſanguis ſubinde diſſolvitur, putrefit? Itaque peculiaris veneni natura eſt, ſeriore, ſi unquam, experientia detegenda. Interea obſervationum ope multas illius proprietates intelligimus.

1mo. Cum ſolius ſalivæ quocunque modo aut corpori immiſſæ, aut applicatæ interventu, non vero eſu carnis, lactis, ſanguinis animalis &c. communicetur, ſoli ineſſe ſalivæ, a carne autem lacte, ſanguine, ſemine, materie perſpirabili &c. abeſſe concludi poſſe videtur. Jam veteres ſalivam venenatiſſimam declararunt. Recentiores plerique ſolam ſalivam venenatam habent; & pauci, qui nullum fluidorum, & ſolidorum animalis rabidi genus veneno liberum pronunciant, ſalivam tamen veneno impraegnatiſſimam eſſe agnoſcunt. Conceptu quidem difficile eſt, qui fiat, ut venenum in ſola ſaliva hæreat. Sed dum conſideramus, alia etiam venena ſingulari ſæpe tantum humori ineſſe, difficultas illa diſparet. Venenum varioloſum in ſola vaporoſa perſpirationis materie, & in lympha, quam minimæ variolarum erumpentium veſiculæ habent, & ideo etiam in pure, & ex pure

 fa-

a) Hunauld, Entretiens ſur la rage, & ſes remedes. Heyſam, Diſſ. de rab. canina.

facta cruſta varioloſa continentur; acre venereum & ſcrophuloſum lympham inficit; & miaſma plicoſum humorem ſebaceum glandularum cutanearum, maxime capitis amat.

2do. Cum atmoſphæra rabioſorum tuta ſit, & omni infectionis periculo careat, venenum volatilitate deſtitutum eſſe apparet.

3tio. Cum cutis veneno imbuta nec doleat, nec inflammetur, nec erodatur, cumque vulnus venenato dente factum inſolitum dolorem non creet, majore inflammatione, non excipiatur, pus bonum concipiat, & facile conſolidetur, rodens cauſticum dici nequit.

4to. Cum tamen venenum actuoſum redditum ſyſtema nerveum graviſſime afficiat, febrim inducat, partes, quas alluere valet, pharyngem œſophagum, aſperam arteriam, ventriculum & inteſtina, ſæpe inflammet, igneum quaſi ſaporem in lingua excitet, & ex glandulis membranæ pituitariæ oris, faucium, nariumque copioſum flavum, aut vireſcentem mucum proliciat, peculiari quadam acrimonia præditum eſſe videtur.

Cum ſanguis quocunque morbi tempore miſſus immutatus appareat a), & in cadaveribus ſæpe

a) Liſter, Ephem. nat. curioſ. anno 1683. art. 2. p. 47. Haguenot. Portal. p. 96.

ſæpe naturalis a), raro aut diſſolutus b), aut coagulatus c) inveniatur, ſanguini certam mutationem non inferre perſpicimus. Non igitur cum Celeb. Meadio, & Bœrhaavio ſanguinem in hydrophobia diſſolvi, aut cum Celeb. Lieutaudio coagulari, aut denique cum Celeb. Sauvageſio & Swietenio in morbi initio inſpiſſari, in progreſſu autem liquefieri ſtatuere licet.

6to. Cum denique morſu ſuſceptum plerumque ſero morbum creet, non illico a ſuſceptione maſſam humorum ſubire, ſed miaſmatis venerei inſtar aliquamdiu in loco demorſo ſedere clarum eſt. Qui id ſiat, difficulter quidem dicitur; ſi tamen, ut miaſma venereum in telam celluloſam ſubcutaneam defertur, ibi oleo immixtum eousque latere, donec a vaſis lymphaticis reſorptum ſanguini ingeratur, aſſumimus, non abſona credere videmur. Dum tamen ſubinde paulo poſt communicationem & ſubinde auxiliis externis, inuſtione, ſcarificatione &c. illico inſtitutis hydrophobiam inducat, quandoque ſtatim a venis bibulis reſorptum in ſanguinem deferri cenſendum eſt.

Si cum aliis animalibus venenis comparamus, quandam cum veneno venereo & varioloſo analo-

U 4 giam

a) Morgagni, n. 23. Portal. p. 53.

b) Mead, de venenis c. 3. Sauvages, diſſ. cit. n. 87. Taury Hiſtoire de l'acad. des ſciences 1699.

c) Morgagni, n. 23. Lieutaud, hiſtor. anatom. med. libr. 2.

giam habere, a viperino autem ſimilique admodum diſcrepare invenimus. Veneni enim varioloſi more, loco cui immiſſum fuit, aliquamdiu inſidet, in actum deductum ſedem ſuam inflammat, ſuppurare facit, vicina doloribus quaſi rheumaticis vexat, & febrim, febrimque comitantia ſymptomata nervoſæ indolis excitat, ſubinde uberiore perſpiratione difflatur, & ſingulari humorum ſpeciei ſeſe immiſcet; &, uti venereum, partem cui impreſſum fuit, diu tenet, & ſero interiora corporis ingreditur, & actuoſum redditum partes quas alluit, irritat, inflammat, muco flaveſcente, flavo, ſubviridi copioſe prolecto obducit, ſpaſmoque exagitat, ſalivam præ aliis humoribus amat, & mercurio aut extinguitur, aut expellitur; nunquam autem, viperini inſtar, locum morſu ſibi vindicatum illico inflammat, in gangrænam vertit, convulſiones ciet, paralyſin inducit, ſanguinem diſſolvit, viſceraque inflammat, & in gangrænam vertit, per os autem ingeſtum vi nocendi caret, aut cuiquam animalium generi parcit.

Uti veneni natura, ita etiam modus, quo in canibus & congeneribus animalibus generatur, latet. Succos a cauſis §. 7. enarratis corrumpi Aretæus quidem monuit a); Liſter b), & Mead c) modum etiam corruptionis utcunque explicuere di-

a) L. I. c. 7. p. 5.

b) Exercit. 3. p. 133.

c) De venenis p. 138.

dicendo, ſanguinem a quibusdam cauſis inſpiſſari, ad ſecretiones, & excretiones obeundas ineptum fieri, ita acrem, & ſubputridum, putridum reddi, ab aliis autem cauſis particularum putridarum copia inquinari, atque ita ſimili ratione putrefieri, maxime autem ſalivam vitiari quoniam in canibus, qui nunquam ſudant, glandulæ ſalivales vix non omne, quod acre factum, & quocunque modo corruptum per cutim eliminandum eſſet, recipiunt, & excernunt: nemo tamen, cur venenum hydrophobicum, nec aliud naſcatur, dixit.

§. XVI.

Curatio hominis ab animale rabido demorſi duplex eſt; altera prophylactica ſeu hydrophobiam arcens, altera therapeutica, ſeu hydrophobiam curans.

§. XVII.

Curatio prophylactica requirit: 1) ut venenum morſu aliove modo ſuſceptum, antequam maſſam humorum ſubeat, illico aut deſtruatur, aut auferatur; 2) Ut ſi deſtructio, oblatiove vel neglecta, vel ſero inſtituta, vel male peracta fuerit, venenum fortaſſe reſorptum, antidoto vel iners reddatur, vel deleatur, aut aptis remediis ex corpore expellatur; 3) Ut cauſæ, quibus venenum in actum deduci ſolet, evitentur, mala autem, quæ venenum parere conſuevit, prævertantur, aut in partu ſuo ocyſſime ſuffocentur.

Quo ſingulæ indicationi modo ſatisfieri poſſit, breviter dicemus.

§. XVIII.

Deſtructio veneni ſuſcepti igne ad locum, cui inhæret, applicato optime perficitur. Vivus enim ignis omnia deſtruit, ſic cuncta luſtrat venena a). Cum autem ignem interventu ferri (non autem cupri, argenti, aurive) applicare ratio ſuadeat, locum veneno infectum ferro ignito inurere conſultiſſimum eſt.

Id auxilii genus jam Eraſiſtratus commendavit b), & a Celſi, qui primus ſcriptum tradidit c) tempore nullus medicorum non efficaciſſimum habuit. Plerique quidem medici græci, arabes, recentioresque cum inuſto etiam vulnere hydrophobiam ſubſequentem viderint, ſoli inuſtioni diffidentes alia ſimul auxilia & adhibuerunt, & ſuaſerunt; fuere tamen non pauci d), qui inuſtionem certiſſimam veneni deletricem habentes ſolam ſufficere pronunciarunt. A multis Europæ, Aſiæ, Africæ & Americæ populis infallibile remedium habetur e).

Fiat

a) Swieten in comment. §. 1143.

b) Dioſcorides, Lib. de Theriaca.

c) De Med. L. 5. c. 27.

d) Baccius, Swieten. lib. citat. Vaughan, Caſes and obſervations on the hydrophobia. Mezler, unfehlbares Wehrmittel wider die Wuth ꝛc.

e) Temple, Abhandlung von der Geſundheit, und dem langen Leben. Haller. Biblioth. chirurg. p. 115.

Fiat autem inuſtio, ſi felici eventu coronetur: 1) Citiſſime a morſu inflicto, ne antea quidquam veneni reſorbeatur, (negligenda tamen elapſis aliquibus a vulnere facto horis minime eſt: venenum enim hydrophobicum venerei inſtar ſæpe diu in loco demorſo hæret, antequam in reliquum corpus deferatur); 2) Fiat in omni vulneris ambitu; 3) Et profunditate, qua omne vulneris punctum perfecte exuri poſſit. Si ſero inſtituitur, ſi non omnem vulneris locum tangit, relicta veneni indeſtructi portione hydrophobiam ſequi mirum non eſt. Delapſa eſchara inuſtione nata plagam diu apertam tenere convenit, ut ſi forte quid veneni remanſerit, hoc modo expellatur: certus enim, omne venenum deſtructum fuiſſe vix eſſe poſſum. Ferrum peculiare, quo inuſtio felicius perficiatur, v. g. clavis S. Huberti, Petri, Rochi, Bellini aut ſanctæ Guiteriæ non requiritur. Ferrum quodcunque, vulneris tamen conditioni adaptatum ſcopum explet.

Feliciſſime inuſtio adhibetur, ſi vulnus morſu inflictum leve eſt, & ſolam fere cutim teret, aut ſi pars quædam corporis ſola ſaliva animalis rabidi contaminata fuit. Poteſt tamen altum etiam vulnus ferramento apto bene adacto perfecte exuri. Uſtio, ſcarificatione prius facta, repetita metum ſuperſtitis veneni tollit. Exſciſſio loci demorſi cum magnos & protractos dolores pariat, & dextram manum requirat; inuſtioni dolorificæ quidem, ſed citiſſime peractæ, & facillime vel ab ipſo demorſo perficiendæ vix præferri poſſe videtur. Nolim tamen ſuadere, ut locus demorſus tendinoſus, aponevroticus, admodum nervoſus veneno infectus

in-

inuratur: quæ enim facile ſuperveni
ſtentio aut aſphyxia ægrum interfice
digitus, manus, pedis, aliave pars
ſa fuit, ut oſſibus etiam confractis
eſſe amplius nequeat, tunc inuſtio n
& ſola amputatio medelam adfert.

Si quis ferro ignito ægri ejulat
non poſſit, tunc pulvere pyrio vulne
trito, & admota ex improviſo cande
uſtionem perficere poteſt a). Qui
urendi ratio alteri ſubinde præferri
de enim vulnus tam magnum & la
ferro candente omnis locus exuri vix
in caſu pulvis pyrius & commodius
meliorem effectum promittit b). Is
vulneri ſanguinolento immiſſus accen
cato primum vulneri admoveri debet

Cauſticâ quoque vulneri applic
animali una venenum deſtruunt; &
finem adhiberi poſſunt. Commenda
ſticus, lapis infernalis, butyrum anti
men uſtum, ſpiritus vitrioli, & ip
arſenicum d). Sed citius, & certi
catus venenum necat.

§. XIX.

Ablatio veneni variis modis fieri, & p
& ſolet:

1) Optime ſuaſu Celeb. Sauvageſii, &
Swietenii partes demorſas quantocyus a pa
ſanis reſcindendo perficitur. Si igitur digitus
nus, pedisve demorſus eſt, ejus amputation
lico inſtituere non congruum eſt. Crudele q
hoc conſilium videtur; ſed calamitoſiſſimam
tem mutilatione corporis redimere præſtat.
autem alteri cuidam parti exſtirpatione non
endæ morſus inflictus eſt, bene omne, quod
u læſum eſt, a vicinis, & ſubjacentibus apt
ello perfecte ſeparatur. Id etiam in locis
ute, & multa carne tectis v. g. in ſuris, fe
us, brachiis &c. tuto perficitur, in locis
ingui ſubcutaneo & carne deſtitutis tendine,
evroſi, nervo, vaſo majore inſtructis pericul
aret, & hinc ab illis exulet.

2) Si absque partis demorſæ exſtirpat
ut exſciſſione venenum auferre velimus,
mni modo conandum eſt, ut ex vulnere
xeat. Hunc in finem & antiqui & recen

atmoſphæræ ſanguinis effluentis copiam augere ſuadent. Eundem in finem dilatio vulneris fieri, & ita largior ſanguinis fluxus cieri ſolet a). Hirudinum quoque ad vulnus inflictum admotio commendatur b). His enim absque dolore & absque vulneris augmento una cum ſanguine venenum vulneri immiſſum elici poſſe videtur. Maxime autem frequens vulneris aqua ſale, vel ſale & aceto impraegnata, urina, lixivio cinerum, ſimilique liquore facta elotio adhibetur. Irritatione enim, quæ hac ratione vulneri accedit magnum ſanguinis profluvium concitari, & pro lubitu ſuſtineri poteſt. Hi ſunt modi, quibus veneno exitum ex vulnere conciliare conſuevimus. A quibusdam quidem ore venenum ex vulnere exſugere ſuaſum c); ſed peſſimum conſilium dudum rejectum eſt. Non autem hiice modis promiſcue utimur. Cum enim vulneris inflicti conditio & partis demorſæ indoles varia ſit, alter alteri ſæpe præfertur; cumque omnis voto non ſemper ſatisfaciat, alter alteri ſæpe adjungitur. Scarificatio inſtituitur, ſi vulnus contuſionem, echymoſin adſociatam habet, ſi partem pinguem carnoſam tenet, ſi ſuperficiale eſt, ſi cutis lacerata, raſa, aut ſaliva infecta fuit. Si ſcarificatione facta ſanguis non ſatis fluit, fluxus appli-

a) Dioſcorides, Theriac. c. 2. p. 424. Carinta, Decad. medico-phyſic. L. 2. de morſu canis rabidi. Fothergill, Londner medizinische Bemerkungen und Unterſuchungen. Layard, lib. cit.

b) Duhamel, Journal de Medecine 1772. Portal, lib. cit. p. 99.

c) Palmarius, Heiſterus.

plicatis cucurbitis, aut admotis hirudinibus, aut denique aqua ſalita, urinave vulneri ope linteoli infricta pro arbitrio augeri poteſt. Loca, quæ ſola fere cutis tegit, quæ tendines, nervos, arterias ſubjectas habent, aut non, aut caute ſcarificantur. In his elotio fieri ſolet. His etiam cucurbitas aut hirudines applicare non incongruum eſt. Hirudo omni vulneri ſanguinolento, & præmiſſa ſcarificatione contuſo, aut echymoſi cincto admoveri poteſt. Dilatatio vulneri alto, anguſto, contuſo &c. deſtinatur. Horum auxiliorum efficaciam venarum partis demorſæ per ligaturas arctatio egregie promovet. Cum enim ejus ope effluxus ſanguinis augeatur, refluxus autem minuatur, ejectionem veneni adjuvari, reſorptionem vero impediri neceſſe eſt. E contra autem venæſectio abſque inſigni plethora inſtituta ſalubres dictorum auxiliorum effectus enervat, & deſtruit. Emiſſo enim ſanguine venenum a venis bibulis faciliime recipitur. Ab acriore catharctico, enemateve idem timendum eſt.

Expoſitis auxiliis cito, riteque adhibitis omne plerumque venenum elicitur. Rariſſime enim largum ſanguinis ex vulnere profluvium hydrophobia ſubſecuta legitur. Cum tamen quandoque multo licet ſanguine manante hydrophobia viſa fuerit, citius ſubinde venenum maſſam humorum ſubire, quam a ſanguinis flumine elui videtur. Hinc vulnus inflictum, etſi multum ſanguinis ſive ſponte, ſive arte adhibita emiſſum fuerit, diu, & in ſextam usque ſeptimanam apertam ſervare prudentia ſuadet. Ita via panditur, qua venenum, ſi quod forte interiora corporis ingreſſum eſt, exire poſſit.

Hunc

Hunc in finem varia remedia
Multi duce principe celeb. Schmuck
cantharidum utuntur. Hunc omni v
inſpergunt, deſuper emplaſtrum veſ
nunt, & aperta veſica per emplaſtru
verem quotidie inſpergendo ſuppura
nent. Hæc methodus raro ſcopum
eſt. Plures ſolum unguentum digeſ
conis, fuſcum aut ſimile applicant,
tionis augendæ cauſa tali unguento in
limatum, corroſivum, præcipitatum
bumve, cantharides pulveratos, ſtyr
miſcent. Quidam unguentum ægyp
runt. Alii vulneri oleum ſcorpionum
muriam ſalis cum aceto frequenter a
leno unguentum ex oleo roſarum, &
fectum placuit. Baccius vulnus ther
Fuere denique, qui margini vulneris
aut cataplaſma ex cepis, alliis, ruta
ctum admoverunt.

Sed etſi venenum morſu ſuſceptu
aut eliminare conatus fuerim, nun
nihil amplius veneni latere, certus
Itaque remedia, quæ latens fortaſſe
ejicere, vel iners reddere poſſint, ex
ra, ut dixi, indicatio eſt.

o(⌣)o(⌣)o

§. XX.

Expulſio latentis fortaſſe veneni multipl
do tentata fuit.

Medici græci a) motis ſudoribus venen
pellendum eſſe cenſuerunt; hinc theriacan
thridatuum & omne aromatum genus, quin
ces, & ſinapismos univerſo corpori alternatin
catos commendarunt. Idem plerique ſubſequ
medicorum ſenſerunt. Hinc etiam pleraque
drophobiam commendata remedia ex ſudc
& maxime ex theriaca, vincetoxico, ſcord
ta, angelica &c. confecta ſunt. Cel. Boer
& Ill. ejus Commentator ſudorem aceto ſi
aromaticove mane jejuno ventriculo proleč
ris laudibus extollunt. His quoque temporil
mo eſt, qui ſudorem non utiliſſimum habeat
nia autem ſudorifera acribus, & acetum, c
ris, moſchus, camphora, ſal alcalinum v
opium cum multo aquoſorum potu omnib
præplacent.

Non pauci diureticis venenum ejici po
rarunt. b) Omnia igitur diuretica, maxi
tem alium, cepam, porrum, raphanum,

carum juniperi, iridis noſtratis, tere
propoſucrunt. a)

Alii purgantibus venenum im
Helleborus autem albus & niger,
putiæ, hiera picra imprimis colocy
cortex medianus ſambuci, agaricus,
ma viſa ſunt.

Quidam vomitoriis, & quidem
antimonialibus, helleboro albo & ni

Tullius Baſſus ſternutatoriis, &
leboro albo venenum excuti poſſe e

Caranta venæſectionem, Cod
cationes in pede factas, & cucurbitas
catas ad venenum educendum comm

Recentiores autem, cum vene
ſit, duce cel. Aſtrucio, & Deſaulto
curialibus venenum eliminare aggred

Omni quidem ex his modo pa
neni, non autem omni omne educitu

Efficaciſſima eſt ſialagoga meder

incurabilem antea habitam non modo ave
verum etiam ſubinde curare poſſimus. Sed
poſtea latius dicam.

Methodus ſudorifera primum a ſialag
cum tenet. Hæc quoque hydrophobiam
arcet, & natam ſubinde ſuffert. Id multi
ri experti ſunt. Nemo tamen evidentius,
cl. Hillary vidit. a) Is enim ſudoribus cinn
moſcho, camphora, ſale cornu cervi, the
opio atque infuſo ligni ſaſſafras, & radicis vale
ſeroque lactis vinoſo deſuper hauſto motis
a cane rabido demorſos ab hydrophobia im
ſervavit, duos juvenes, quibus hydrophobia
nebat, & matronam ipſa jam hydrophobia
otam ſanitati reſtituit. Vim quoque antihyd
pam pulveris chinenſis ex quadraginta cinna
& ſedecim moſchi granis confecti, qui, ut tran
nes philoſophicæ anno 1750. Nugent b) Gn
aliique perhibent, ſtatim poſt morſum inflictu
nibitus per triginta dies, hisque elapſis re
per omne vitæ tempus ab hydrophobia tuto
lit hominem demorſum, hydrophobia aute
oriente, aut ſuborta aſſumtus, & omni triho
ſumtus ægrum omni malo liberat, jure larg

ſubſequitur; ſudori potiſſimum adſcribas. Non tamen methodo ſudoriferæ omnino fidendum eſſe videtur. Fefelliſſe etiam multiplici experientia conſtat.

Methodus diuretica multum promittit. Hydrophobiam ſæpe avertiſſe, & quandoque etiam curaſſe certum eſt. Hæc tamen ſola demorſo ſecuritatem præſtare non poteſt.

Emetica, & purgantia prioribus minus utilia videntur. Emeto-catharctica ſæpe quidem feliciſſimos edidere effectus; hæc autem non tam vi ſua ſuccos per os, & anum evacuante, quam ſudorifera profuiſſe videntur.

Sternutatoria, cum circulationem humorum intendendo, omnes ſecretiones & excretiones augendo, & ſalivam uberius proliciendo proficua eſſe poſſint, non quidem rejecerim, aliis tamen, cum violentis corporis concuſſibus vique reſpirationi illata noxia eſſe poſſint, longe poſtponenda eſſe duxerim.

Emiſſio ſanguinis quocunque modo facta incertiſſima medendi methodus eſt.

§. XXI.

Truculentiam veneni triplici modo infringere & donare medici adlaborarunt.

1mo. Qui naturam veneni ſibi perſpectam cenſuerunt, remediis naturæ illius oppoſitis impugna-

narunt. Aciditatis aſſertores lapides & chelas cancrorum, oſtracodermata, corallia, cretam, aliaque abſorbentia dederunt; alcalinam autem indolem propugnantes ſuccum citri, aliaque acida exhibuerunt. Sed cum remedia falſæ theoriæ innixia ſalubria eſſe nequeant, neutra utilitatem artulere.

2do. Alii, naturam veneni latere convicti virulentiam remediis involventibus imminuere, & ſufferre conati ſunt. Hinc lac a) oleum roſarum, oleum nucum, ipſasque nuces b) larga manu & ad catharſin usque, quæ venenum involutum ejiciat, propinarunt.

3tio. Plerique autem remedium ſpecificum, ſeu corpus, quod vi peculiari non explicanda venenum enervare, vel integre deſtruere poſſit, quæſiverunt. Id etiam plurimi inveniſſe ſibi viſi ſunt; unde factum eſt, ut magnam ſpecificorum copiam habeamus.

Plantæ, animalia, partesve animales; & corpora mineralia, compoſitiones variæ, remedia arte chemica præparata, externa denique auxilia antihydrophoba dicuntur.

Antihydrophoba ex regno vegetabili ſunt: Radix, & folium belladonnæ; muſcus caninus;

 a) ana-

a) Palmarius.

b) Liſter, Exercitat. 3 p. 736. & in hiſtoria Jacobi Corton.

a) anagallis flore purpureo b) anagallis flore flavo, glans quercinus, opoponax, marrubium, chamomilla; c) centaurium minus, ſcordium; d) majorana; e) radix roſæ caninæ; f) cortex radicis roſæ caninæ, & fungus roſæ caninæ g) fungus quicunque pulveratus; h) pimpinella, turiones ribeſi nigri; i) acetoſa; k) amygdale amaræ; l) fabæ turcicæ. m)

Ex regno animali: Cantharides; meloë majalis, & proſcarabæus; lumbrici; n) lardum ranci-

a) Rajus hiſt. p. 110. Hansloane Philoſoph. Transact. Nro. 237.

b) Cardilucius, reflexions ſur la rage par M. Chabert. Oeffentliche Reſcripte des Herzogs von Zweybrücken 1757. von Maynz 1749., und Bamberg, Ravenſtein, Braunſchweig.

c) Aetius, libr. 6. c. 24.

d) Galenus de ſimpl. med. l. 9.

e) Democritus de opiſthotonicis.

f) Plinius, hiſt. nat. l. 25. c. 2.

g) Schmidt, öffentlicher Lehrer zu Baſel,

h) Transact. philoſoph. 1687. Nro. 193.

i) Palmarius, p. 278.

k) Aetius, Baccius.

l) Adanſon Familles des plantes.

m) Camus, conjecture ſur la rage.

n) Oſterdykſchacht, de hydrophobia.

cidum; a) aſſatum jecur, pulmo, cor, cerebrum animalis rabie peremti; b) hepar animalis rabidi in cinerem combuſtum; c) cinis pellis hyænæ; d) cinis cancrorum fluviatilium ſolus, e) vel additis radice gentianæ, & thure; f) oſtracodermata calcinata g) lapis ſerpentum, ſeu Pedro del Lebra. h)

Ex regno minerali: Mercurius; raſura cupri i) cupreorum lebetum fuligo; k) limatura ſtanni cum theriaca; m) magnes; n) ſmaragdus, & terra lemnia. n)

Compoſitiones perquam multæ ſunt. Pleraque ex herbis aromaticis, amaricatibus, ſudoriferis,

a) Götting. gelehrte Zeitung 1778. Zugab St. 1. p. 10.

b) Plinius, Palmarius, Durey, aliique.

c) Plinius.

d) Aetius.

e) Galenus, Oribanus, Aetius, Avicenna.

f) Dioſcrides.

g) Mem. de l'acad. royale des ſcienc. 1755. Journal de Med. T. 6. 1757. p. 233.

h) Kæmpfer in amænit. exot. p. 578.

i) Loeſeke, Mat. med. p. 389. Cothenius.

k) Handb. Magaz. 1751.

l) Act. ſoc. reg. lond. Nro. 191. p. 409.

m) Van der Stylle, Hiſt. de l'acad. de ſcienc. 1749. p. 108

n) Galenus.

feris, diureticis, conficiuntur, ut ex ſpecifico Palmarii a) Joyanti b) Mercurialis c) Cardinalis de Richelieu d) Duhamelis e) &c. conſtat; his ſubinde opium adjicitur, ut ex antidoto Scribonii Largi f) Grewii & Mayerni g) Gordonii h) &c. patet. Pauca alia ingredientia inſunt. Harum celebriores ſunt: Pulvis chinenſis; antilyſſus; i) arcanum Werlhofii k)

Chemia ſuppeditat: Sal volatile cadaveris canis rabidi; l) viperarum; m) ſpiritum cornu cer-

a) Libr. citat. p. 276.

b) Journal de Med. Fevr. 1757.

c) De maculis peſtif. & hydrophobia.

d) Remede infallibile & tres-avéré par l'experience contin. de pluſieurs ſiécles, pour préſerver de la rage &c.

e) Journal de Med. 1773. Mart.

f) De compoſitione Medicamentorum p. 120.

g) Act. ſoc. reg. londin. N. 191. p. 409.

h) Ibidem.

i) Eſt muſcus caninus cum æquali piperis parte. Dampieurs, cum tertia piperis parte, Mead. Doſis, drachma Mead. ſemiuncia Hartiay. Philoſoph. Transact. Nro. 237.

k) Eſt ſequens: R. Cantharid. gr. j. Mercur. dulc. gr. jß Turpeth. min. gr. ß Camph. gr. x. Mucilag. gumm. tragac. q. s. ut f. pill. quæ ſumantur pro doſi, & repetatur per ſex ſeptimanas ſingulis diebus. Wichmann, diſſert. de inſigni venenorum quorundam efficacia

l) Faber, panchym. L. 5. ſect. 1. c. 9.

m) Ravelly, libr. citat.

cervi, & ſalis ammoniaci; a) tincturam eau de luce. b)

Auxilia externa ſunt: Balneum tepidum, frigidumque; muſica; c) valeriana pectori admota; d) pellis hyænæ ægro vel ſubſtrata; e) fruſtum pellis hyænæ panno illigatum parti demorſæ impoſitum; f) pili canis rabioſi vulneri applicati. g)

Verum enimvero, etſi ſylva quaſi ſpecificorum recenſeatur, nullum tamem eſſe cui certo confidere liceat, experientia, fidelis rerum magiſtra, docet. Plurima enim ſæpiſſime inutilia fuerunt, & ſi quandoque ægro ab hydrophobia ſervato exhibita ſunt, ſalva ægri ſanitas aliis potius auxiliis ſimul in uſum tractis, inuſtioni, ſcarificationi, exulcerationi loci demorſi &c. adſcribenda fuit, quædam ſæpe quidem, ſæpius autem non profuerunt; pauciſſima ægros ſuos plerumque ſa-

a) Sage, experiences propres à faire connoître que l'alcali fluor eſt le remede le plus efficace dans les aſphyxies. Martinet, experiences nouvelles ſur les propriétés de l'alcali volatil. fluor.

b) Laſſone, Tiſſot. Götting. gelehrte Zeitung. 1778. St. 1.

c) Deſault. Camus, libr. citat.

d) à Flachslando adducta. Etwas über den tollen Hundsbiß.

e) Aetius, l. 6. c. 24. p. 107.

f) Scribonius, largus, libro cit.

g) Galenus, Plinius.

ſanitati reſtituerunt; omnia denique fefellerunt. Ipſa autem ea, quæ vis antihydrophoba quam maxime commendavit, ſpecifici ſtricte ſic dicti titulo vix condecorari poſſunt. Vix enim non omnia venenum vi ſialagoga, aut diaphoretica, aut diuretica potius expellere, quam vi quadam latente perdomare videntur. Idem de multis, quorum quidem famam ætas delevit, inertia tamen evinci nequit, dici poteſt. Ita v. g. cinis cancrorum vi ſui ſalis alcalini ciendæ urinæ, remedium autem ex aromaticis confectum movendo ſudori aptum eſt. Verum igitur ſpecificum vix ullum habemus. Jam quid de ſingulis antihydrophobis ſentiendum ſit, dicendi locus eſſet; ſed cum labor ſuperfluus eſſe videatur, celebriora accuratius expoſuiſſe ſufficiat. Celebriora autem mercurium, belladonnam, canthárides, meloën majalem & proſcarabæum, balneum tepidum, frigidumque eſſe cenſeo.

§. XXII.

Mercurius omnium antilyſſorum princeps eſt. Magnus cel. virorum numerus egregias mercurii & ejus præparationem non modo ad hydrophobiam avertendam, verum etiam curandam vires extollit.

Cl. Ravelly, qui primus ad mercurium confugit, mercurium dulcem larga quidem manu, non tamen ad ſalivationem usque, quam catharrico mercuriali ſæpius interpoſito cavit, tam egregio cum effectu exhibuit, ut mercurio æque virus hydrophobicum, ac venereum domari, aſſerat. a)

Poſt

a) Traité de la maladie, de la rage. 1699.

Poſt illum ſummam mercurii dulcis utilitatem cl. Ehrmann expertus eſt. a) Ejus enim ope plures ab animale rabido demorſos incolumes ſervavit.

Cel. James b) turpethum minerale feliciter hydrophobiæ oppoſuit. Hoc enim præparato ad ptyalismum, catharſin, & emeſin usque dato non modo ducentis animalibus a canibus rabidis vulneratis, ſanitatem conſervavit, verum etiam cani ipſa rabie correpto reſtituit, eodemque, ſed ut ſudorem, non vero vomitum moveret refractiore doſi ad grana quatuor cum ſcrupulo pulveris radicis ſerpentariæ virginianæ & pauculo theriacæ in bolum redacta dato tres jamjam hydrophobos juvenes ſalvavit. Idem turpethum minerale poſtea ab aliis cl. viris ſalubri cum eventu in uſum tractus eſt. Cel. Tiſſot c) canes a rabidis demorſos, quibus grana ſeptem cum ſufficiente quantitate micæ panis in bolum redacta tribus diebus eo ſecutivis, dein per ſeptimanam bis dedit, vomuiſſe abundanter, ſalivaſſe & evaſiſſe teſtantur; & cel. Lieutaud amico ſuo canes, quos quotannis rabie peremtos doluit, ſuaſu turpethi mineralis conſervaſſe cel. Portalius d) retulit.

Fe-

a) Inſtruction concernant les perſonnes, mordues par, une bete enragée 1778.

b) Methode nouvelle de præſerver & guerir la rage 1743.

c) Avis au peuple.

d) Bemerkungen über die Wuth.

Feliciſſime autem mercurius vivus inunctionibus in corpus immiſſus eſt. Qui primus frictionibus mercurialibus uſus eſt, cel. Deſault a) hydrophobiam ſæpius avertit, bis etiam imminentem ſuſtulit. Hunc imitatus cel. Sauvages b) eadem felicitate plures ab animale rabido demorſos ſanos conſervavit. Cel. Darluc c) iisdem uſus non modo ab animale rabido demorſos ſalvavit, verum etiam duos jam aquifugos ſanavit. Feliciſſimus autem Frater du Choiſel Jeſuita fuit d). Is enim inunctionibus mercurialibus, quibus omni decimo die catharticum mercuriale interpoſuit, trecentos ab animale rabido demorſos reſtituit; & iisdem binos jam hydrophobos e mortis faucibus eripuit. Iisdem temporibus alii cl. viri Aſtruc e) Duglas f) Roſe g) Arrigoni h) Lavirote i) ſummam hydrargyri utilitatem deprædicarunt. Hanc etiam multi ſubſequentium temporum medici Duhau-me

a) Diſſ. ſur. la rage. 1733.

b) Diſſ. ſur la rage. 1748.

c) Obſ. ſur la rage, & ſur la maniere de la guerir. 1755.

d) Method. of treating perſons bit by mad. anim. 1765.

e) Diſſ. ſur l'hydrophobie p. Mr. Pierre Fournye 1719.

f) A ſure method, of preventing, and the moſt probable way of curing the hydrophobia 1738.

g) Obſ. favorables au traitement par les frictions mercurielles. Journal de medicine ſep.. 1756.

h) Della mania, della freneſia, e della rabbia, diſſ. 1757.

i) Journal de Savans, Jul. 1757.

me a) Haag b) Tiſſot c) Baudot d) Laſſone e) Layard f) Ehrmann g) Moreau h) Portal i) aliique confirmant. Hi enim omnes unanimi ore hydrophobiam mercurio inuncto præcaveri teſtantur; & horum plures Duhaume, Tiſſot, Laſſone, Ehrmann, Portal incipiente etiam in hydrophobia ſacram fuiſſe anchoram docent.

Qui cum frictionibus ſalia mercurialia ingeſſerunt, æque optatos effectus conſecuti ſunt, uſi extremo unguenti mercurialis & interna turpethi mineralia multos ab hydrophobia ſervavit Darluc k) aliquos Hoin l) & Bertrand m) & hominem cui hydrophobia jamjam inſtabat, ſanavit Allix n) Mercurio autem externe inuncto & aquila

a) Journal oéconomique 1760.

b) Diſſ. de hydrophobia, ejusque per mercurialia potiſſimum curatione 1761.

c) Traitement de la rage.

d) Eſſais antihydrophobiques 1770.

e) Methode éprouvée pour le traitement de la rage 1776.

f) Verſuch über den tollen Hundsbiß 1778.

g) Libro citato.

h) Recherches ſur la rage p. M. Andry 1778.

i) Libro citato.

k) Recueil periodique T. 3. 4. 15.

l) Journal de Medicine T. 14 Avril 1761.

m) Sauvages, Noſologia meth.

n) Layard, libr. citat. p. 126.

la alba interne data hydrophobiam ſæpius cl. Ehrmann, & ſemel cl. Mertens a) avertit.

Hæc absque præjudicio conſiderata antihydrophobam mercurii virtutem demonſtrant. Ne tamen infallibilis habeatur, contraria referre oportet. In hydrophobia confirmata mercurius incaſſum datur, imo uberiore copia exhibitus nocet. Id ſummi mercurii patroni fatentur. Sæpe etiam in incipiente hydrophobia fefellit b) & ſubinde ne hydrophobiam quidem avertit c). His, etſi æſtimatio mercurii infringatur, non tamen convellitur. Ut hydrophobia a morſu inflicto metuenda averruncetur, maturo, largo, conſtanti in menſem & ultra continuato mercurii uſu opus eſt d). Hinc ſi quandoque exſpectationi non ſatisfecit, ſerius, aut parcius, aut juſto breviore tempore ingeſtum fuiſſe judicandum eſt. Sunt, qui, cum mercurius perſæpe plaga vulnerata prius inuſta, ſacrificata, dilatata, elota, exulcerata exhibitus fuerit, curationem externis potius auxiliis quam mercurio adſcribendam eſſe confidenter aſſeruerunt. Hi autem æſtimationem mercurii nequaquam evertunt. Plures enim demorſis ſolius mercurii ope ſanitatem perſtitiſſe, obſervationes ex-

a) Obſervationibus de febribus putridis, & de peſte &c. p. 3. p. 195.

b) Vaughan, Moreau libr. citat.

c) Medical. Eſſais T. 5. p. 2. p. 590.

d) Sauvages, Noſol. method.

exſtant a). Et ſi mercurius hydrophobiam non arcet, cur non raro imminentem, cur vel incipientem ſanat? In confirmata nihil efficere mirum non eſt. Nulla enim functione non læſa, ſyſtemmate nerveo graviſſime affecto, veneno ſummam virulentiam nacto, ſanguine in putrilaginem reſoluto aut coagulato, viſceribus inflammatis aut gangrænoſis quis non mortem inevitabilem exſpectavit?

Modum, quo mercurius venenum perdomat, dicere difficile eſt. Cum veneni ſedes ſaliva ſit, mercurius autem ſalivæ ſecretionem & excretionem augeat, plurimisque, quibus ab animale rabido demorſis hydrophobiam vel arcuit, vel ſuſtulit, ptyalismum concitaverit, cl. Aſtrucio, Sauvageſio, Deſaulto venenum vi ſialagoga expellere viſus eſt, multisque recentiorum videtur. Cum autem mercurius hydrophobiam & avertere & ſanare etiam absque ſalivatione poſſit, multi alii cl. viri Ravelli, James, Bertrand, Roſe, Hoin, Kühn, Morand, Tiſſot, Werlhof, Layard, Kaltſchmied, Lenacier, aliique venenum vi ſpecifica enervari, deſtruique cenſent. Duplex igitur ſententia viget, & quam amplectaris, neſcis. Utraque enim argumentis non infirmis nititur; & licet prior plus veriſimilitudinis habeat, non tamen omni poſterior deſtituitur. An igitur utraque locum habet?

Quam-

a) Ehrmann, lib. citat. Obſ. 1. Layard, lib. citat. Obſ. 7. Mertens, lib. citat. p. 195.

Quamquam autem modus, quo
hydrophobia prodeſt, determinatus n
tamen medendi a cl. viris propoſita pa
differt. Qui enim pro vi ſpecifica n
uberiorem ſolito ſalivæ excretionem
profitentur; & qui vim ſialagogam
plura quidem quam pro ſolito more ſp
dant, ſenſibilem tamen ptyalismum,
rus citius, quam par eſt, extra corpu
prohibent. Intelligimus igitur, conv
eſſe, ut mercurio exhibito ſalivæ qu
nem augeamus, non tamen ad ſaliva
intendamus. Ita enim ægro ſalivati
cavemus, & excretionem cutaneam,
vinam imperturbatam relinquimus.

Mercurius vivus hunc in finem
videtur. Is enim ſine tumultu, ſine
nis metu, agit, præparatis potentius
ſollicitat, vim ſpecificam, ſi quam h
ratis certius habet. Præterea cum n
ſionibus, tetano, epilepſiæ, maniæ
deatur, nervoſa morbi jamjam erupt
ta in herba ſuffocabit. Hic quoque,
leberrimi authores ſæpiſſime uſi fueri
præferendus eſſe videtur. Hunc a

Plethoram inciſa vena tollimus, ventricul
dibus obrutum emetico, inteſtina carthartic
curiali abſtergimus, vaſa omnia imprimis
εὔπορα reddimus, aërem frigidum vetam
ctum refrigerantem, humectantem præc
ab acidis, & aceſcentibus abhortamur. I
miniſtratis tam cito a morſu, quam fieri p
ſtam unguenti mercurialis quantitatem
vulneris margini illinimus. Quidam ipſi eti
neri illinunt; ſed huic, cum fruſtra veh
irritetur, potius parcimus. Si vulneris
juſtam unguenti copiam non recipit, pes
crus, femur &c. inunctioni inſervire
Drachma una unguenti officinalis quotidie
alterno die infricta plerumque ſufficit.
hydrophobiæ eruptio, ſive quia morſus
collumve læſit, ſive quia æger ſero auxiliu
ſivit, metuenda eſt, majorem prima vice
tatem unguenti v. g. drachmas duas tresv
care ſolemus, & debemus. Largiore enir
curii uſu hydrophobia certius prævertitur.
nunctionibus, ut omne latens virus aut e
ur, aut exſtinguatur, per menſem pergit
ne hydrargyrus vias ſalivales nimium peta
quens ſi commodum ſit, balneum interponi
omni octiduo purgans mercuriale exhibetu
njectis clyſmatibus alvus aperta ſervatur.

Inunctionem vires mercurio vivo dulcive per os ingeſto accelerare, intendere non conſultum eſt.

Si frictiones mercuriales inſtituere tædet, internus mercurii uſus non ſpernendus eſſe videtur. Hoc etiam in caſu mercurius dulcis, qui ſua indole proxime ad mercurium vivum accedit, exhiberi poteſt. Uſus turpethi mineralis utilis quidem, ſed multo minus tutus eſt. Solis fere pituitoſis, torpidisque ad granum unum alterumve dare licet.

Atque hæc mercurio peracta medendi ratio, uti certiſſima, ita etiam conſuetiſſima eſt. Cum autem ægri ſalus ſatis curari nequeat, mercurius plerumque cum antiſpaſmodicis, diaphoreticis, diureticisque jungitur. Hinc cum mercurio cinnabaris, æthiops antimonialis correctus a) moſchus, camphora, caſtoreum, aſa fœtida, ſal alcalinum volatile, tinctura eau de luce, ſerpentaria virginiana, terra foliata tartari, nitrum &c. exhiberi ſolet.

§. XXIII.

Belladonna inſigne in hydrophobia remedium eſt. Indubiis egregii Richteri a Superintendente

a) Eſt mercurius cum æquali ſulphuris aurati antimonii parte in pulverem nigricantem tritus. Flachsland, etwas über den tollen Hundsbiß.

te Münch edocti a) experimentis, ſanitatem absque externorum auxiliorum adjumento plurimis ab animale rabido demorſis conſervaſſe, & non paucis ipſa incipiente hydrophobia correptis reſtituiſſe conſtat. Pulvis tam folii quam radicis experimentis inſerviit; plerumque autem, cum vis radicis fere duplo major ſit, & grana duo radicis granis tribus cum dimidio, aut quatuor æquivaleant, radix in uſum tracta fuit. Tres doſes, interjecto quadraginta octo horarum intervallo, exhibitæ plerumque curam abſolvunt. Dantur autem homini 17—50 annos nato prima vice grana x, altera xjj, tertia xjjj. xjv. xv. Homini ætate vel majori, vel minori refractior, & ætati approportionata doſis datur; hinc lactanti 1mi anni 1ma vice granum j, 2da & 3tia jß, puero 10—11 annorum 1ma vice grana v, 2da vß, 3tia vjß, ſeni 50—60 annorum 1ma vice grana vj, 2da vjii, 3tia ix, decrepito 70—80 annorum 1ma vice grana jji, 2da jv, 3tia v dantur. Debiliori, irritabiliori, fœminæ minor, quam quæ ætatis ratione habita danda eſſet, & fœminæ infantem lactanti decrepiti doſis datur. Non vi ſpecifica venenum morſu immiſſum enervare, & deſtruere, ſed vi ſudorifera ejicere videtur. Largum enim ſudorem movet, ſudore autem difficilius movendo ambitum vulneris tumefacit; in parte demorſa tractiones parit; vulnus exſiccat, & cruſtum vulneri forte ſupernatam depellit.

a) Chirurgiſche Biblioth. 5 B. 2 St. 377 S.

Sequentia, dum Belladonna in uſum trahitur, obſervanda ſunt: Sumitur pulvis Belladonnæ ex juſculo avenaceo, & vulnus, ſi magnum, & profundum eſt, linteo obtegitur; inde lectus petitur, & vis Belladonnæ exſpectatur. Si oris, fauciumque ſiccitas accedit, aqua frigida aut lac bibatur; ſi ſomnolentia ingruit, ſomno indulgeatur; ſi viſus debilitatur, objecta duplicantur, lectio. & omnis oculorum labor vitetur. Si æger a Belladonna valde affectus altero adhuc die languet, ſequens doſis non augeatur; & ſi poſt duos etiam dies, vires non recuperavit, omni tertio die ſequens doſis datur. Si primam doſin copioſus ſudor vel magnus partis affectæ tumor excidit, parcior altera vice doſis ſufficit. Si a tertia doſi tumor, qui plerumque a prima & ſecunda, ſed a ſecunda minor, non autem a tertia amplius comparare ſolet, revertitur, ſenſus tractionis percipitur, & vulnus nondum ſiccatum eſt, poſt ſeptuaginta & duas horas Belladonna reſumatur, & relicto quadraginta octo horarum interſtitio quinquies repetatur. Si ſub Belladonnæ uſu hydrophobia accedit, æger lac bibat, & in lecto decumbat; ſubſequente ſudore malum brevi cedit. Si hydrophobia ante Belladonnæ uſum erumpit, neque a prima, ſecundave doſi mitigatur, in pede venæſectio fiat, & Belladonna continuetur, ſed majori doſi.

§. XXIV.

Cantharides longæva fama celebrat. Jam a Galeno, & Galeni aſſeclis arabibus, imprimis ab

Avicenna a) & Rhaze b), tanquam efficaciſſima in hydrophobia medicina commendantur. Præcepere ut abſciſſis aliis, capite, ac pedibus, peculiari arte in trochiſcos redactæ ad pondus ſcrupuli unius per multos dies exhibeantur; & addidere, mictum urinæ ſanguinolentæ certum ſalutis ſignum eſſe. Poſtea ab aliis Clariſſ. Viris maxime a Braunſchweigio c), Cappivaccio d), Kramero e), Catonio f), non ſolum commendatæ, verum etiam ſpecifici titulo condecoratæ ſunt. Larga, ſanguinolentaque urina venenum expelli, ut veteres monuerunt; minores tamen, quam veteres doſes grana jv—x dederunt. Noviſſime ab Ill. etiam Werlhofio g) & Cl. Stockario h) laudatæ ſunt. Hi autem minimas doſes granum unum alterumve præſcripſerunt. Ipſi vulgo familiare in morſu canis rabidi remedium ſunt. Id jam Sennertus i) ſuo tempore monuit. Maxime autem teſte Reimanno

a) Lib. 4. Sin. 6. tr. 4.

b) Baccius de venenis p. 80.

c) Chirurgia T. 2. c. 14. p. 29. 1539.

d) Lib. 7. c. 3. p. 390.

e) Commerc. Norimb. 1735.

f) Riffleſſioni fiſichó-mediche ſopra di un nuovo antilyſio 1756.

g) Wichmann, diſſ. de venenorum quorundam virtute medica &c. 1716.

h) Diſſ. de uſu cantharidum interno 1781.

i) Praxis med. L. 1. P. 2. c. 16.

no a), Platnero b), Cartheuſero c) &c. in Hungaria imprimis ſuperiore inclaruerunt. His absque præjudicio conſideratis non poſſumus non cantharidum utilitatem agnoſcere. Non quidem obſervationes longum etiam cantharidum uſum ſefeliſſe deſunt; ſed hæ ſolummodo fallabiles, non autem inutiles eſſe docent. Inſignes quibus pollent, diureticæ, ſudoriferæque vires efficaciſſimum in hydrophobia remedium declarant. Interea cum cantharides, ut Clariſſ. Viri Codronchi, Swieten, Portal, aliique monuere, in vias urinarias validiſſime agendo peſſima a Dioſcoride d) tragice deſcripta mala producere poſſint, cautos in uſu cantharidum nos eſſe oportet. Hinc recentiorum exemplo granum unum alterumve cum multo emulſorum, aut decoctorum mucilaginoſorum potu per ſeptimanas exhibere, quam veterum more grana x—xx ad hæmaturiam usque ingerere conſultius eſt. Aut cum cantharides ad cutim applicatæ in univerſum corpus agere ſoleant, neglecto interno cantharidum uſu Clariſſ. Schmuckerum imitantes externo uti poſſumus. Sane Schmuckeriana methodo §. XIX. dicta, non modo a cane rabido demorſus ſervatos, verum etiam virum ipſo incipiente morbo laborantem curatum fuiſſe certum eſt. Quin externus cantharidum uſus interno

a) 23ter Verſuch der Natur- und Medizingeſchichte, Menſe Jan. claſſ. 4. art. 15.

b) Gründliche Einleitung in die Chirurgie 1148.

c) Fundam. mat. med. P. I. p. 436. 1749.

d) Alexiph. c. 1. p. 402.

no præferendus eſſe videtur. His enim ad locum demorſum admotis non modo venenum in corpus receptum expellitur, verum etiam fons, ex quo humores venenum hauriunt, diſſipatur, exſiccaturque. Si autem a cantharidibus vulneri immiſſis optatum effectum non ſperamus, more Cappivaccii cantharides, ſed refractiore doſi ad granum unum, dimidiumve ſimul per os ingerere, non abſonum eſt. Interea, ut omnis mali occaſio caveatur, methodo Schmuckerianæ, Deſſaultianam aut Hillaryenſem adjungere præſtat.

§. XXV.

Cum cantharidibus meloë majalis, & proſcarabæus (Maywurm, oder Maywurmkäfer, nicht Maykäfer) certat. Uti enim easdem vires, ita etiam eandem in morſu canis rabidi famam habent. Abundant hæc inſecta ſale volatili cauſtico, & liquore unctuoſo, acri, fragranteque, qui ex contrectatorum corporibus emanat; & ab his vires ſuas medicatas trahunt. Motum humorum intendere, omnes ſecretiones & excretiones augere, urinam autem validiſſime, & ad hæmaturiam usque movere conſtans obſervatio eſt. Conſuetiſſima ſymptomata ab aſſumptis naſci ſolita ſunt: Cephalalgia, paraphroſine, inappetentia, dolor ureterum, urethræ; mictus frequens difficilis, dolorificus, ſtrangurioſus; urina aquoſa, ſanguinolenta, carunculis mixta; ſudor, diarrhæa, vomitus, oris eroſio, mira pulſuum acceleratio. A ducentis quidem annis in variis morbis, in hydrope, arthritide vaga, epilepſia, ictibus veſparum &c. maxime autem in morſu canis rabidi commen-

dantur. Coler a), Martini b), Weickardus c) & Schrœder d) primi fuere commendatores. Inde aliorum etiam virorum Schwenkfeldii e), Nenteri f), Degneri g), Rœsleri h) &c, laudes meruere. Rœsler narrat, pueros binos ex morſu canis rabidi laborantes duobus proſcarabæis abſciſſo prius capite acceptis multum quidem affectos fuiſſe, & ab hydrophobia liberos manſiſſe. Alia exempla alii habent. Ipſi etiam plebi jam dudum probata medicina fuere. Ab his Batavi i), Hungari k), Sileſii l) ab animale rabido demorſi auxilium quærere ſolent. Maximum tamen nomen noſtris temporibus adepta ſunt. Illuſt. enim Beireis, qui teſte Cel. Dehne m) quamplurimis ab animale rabido demorſis proſcarabæi ope ſanitatem reſtituit tanquam certiſſimam & forſan unicam medicinam ce-

a) Calendarium œconomicum, p. 42. Oeconomia ruralis & domeſtica, p. 482. 1614.

b) Armer Krankenrath ꝛc. 1620.

c) Theſaurus pharmaceuticus, Galeno-chymica 1641.

d) Pharmacopæia medico-chymica 1641.

e) Theriotrophium Sileſiæ 1703.

f) Fundam. medic. theoret. pract. 1718.

g) Act. nat. curioſ. Vol. 6. p. 326. Obſ. 42.

h) Ephem. germ. dec. I. anni 3. p. 362.

i) Sennert. L. 1. P. II. c. 16.

k) Sauvages, Noſol. med. c. de hydrophob.

l) Vogel a Dehne citatus.

m) Hannöv. Magaz. 1778. St. 19.

celebrat a); & Celeb. Dehne, qui ab Ill. Beireiſio edoctus eodem puellam virumque ab hydrophobia immunem ſervavit, verum in hydrophobia ſpecificum eſſe aſſerit. Celeb. autem Boruſſorum rex emtum ab agricola ſileſiaco electuarium, cujus præcipuum ingrediens dictum inſectum eſt, univerſo hominum generi promulgatione anno 1777. per ſupremum collegium medicum facta tanquam infallibile in morſu canis rabidi remedium dono dedit b). De inſectorum igitur virtute antihydrophoba dubitare nefas eſt. Nec qua ratione proſint, latet. Urinam enim, ſudoremque movendo venenum expellunt. Incertum tamen eſt, an in ipſa hydrophobia utilitatem afferant. Plerique ſolummodo hydrophobiam a demorſis arcere dicunt. Solus Weickardus hydrophobiam tollere affirmat; & Sauvages Hungaros in hydrophobiæ acceſſu ſcrupulum unum ſcarabæi majalis devorare, & hæmaturicam ſubſequentem ſalubrem habere narrat c). Magnus & immortalis praxeos medicæ Profeſſor Cel. de Stoll electuarium boruſſicum (omiſſo plumbo) juveni hydrophobo binis vicibus dedit; æger tamen brevi periit.

Doſis, & forma, qua exhibitæ ſunt, varia eſt. Plerique ut inſecta in melle, oleove ſuffocentur, aut capite prius abſciſſo ſepeliantur. &

Y 5 vel

a) Diſpenſat. Brunſuicenſe, P. I. p. 161.

b) Bekanntmachung des ſpezifiquen Mittels wider den tollen Hundsbiß ꝛc.

c) Noſol. method.

vel loco temperato aſſerventur, vel ſoli pro digeſtione opponantur, præſcripſere, & dum uſi ſint, unum, duo, tria, aut etiam quatuor una cum pauco melle oleove contrita ex cereviſia calefacta hauriri, aut antecedente per linteum preſſione puriorem in ſuccum redacta aſſumi præcepere. Quidam inſectum capite, pedibusque privatum dimidium, integrumve ſolum, aut fruſtulo panis intruſum devorari maluere. Illuſt. Beireis, & Celeb. Dehne inſecti integri communi methodo ſiccati & in pulverem redacti $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{4}$, etiam $\frac{1}{2}$ partem adjecto nitro, & ſi periculum in mora fuit, $\frac{1}{4}$ partem omni hora ad ſanguinis mictum, aut gravem ſtranguriam usque dedere, & multum mucilaginoſum potum deſuper bibi imperavere. Externe vulneri ſcarificato, dilatato, mel, oleumve vi infectorum impraegnatam illini ſolet, ut venenum aucta ſuppuratione certius eliciatur. Electuarii boruſſici doſis omni ætati, ſexui, temperiei &c. accurate determinata fuit. Id tamen cum corpora & inutilia, & noxia contineat, ſolo inſecto præferendum non eſſe videtur. Theriaca quidem Andromachi cauſtici inſectorum ſalis ad vias urinarias impetum moderando & ad cutim pro parte deferendo, nimiosque ſpaſmos refrænando, & paucum mel eundem ſalem mitigando utilitatem adferre poteſt; ſed decocta emollientia inſecti uſui juncta copioſe potata utiliora eſſe videntur.

§. XXVI.

Uſus balneorum & antiquiſſimus, & uſitatiſſimus eſt. Maris accolæ ab animale rabido demorſi ſeſe ocyſſime mari immergunt, & huic remedio adeo

adeo confidunt, ut illo ſolo contenti vix expetant aliud. A mari autem remoti certa curationis ſpe ad mare deferri & niſi natandi ſcientiam habent, vi in mare demergi ſolent. Hoc etiam maris balneum a multis Cl. Viris Mead a), Speed b), Catani c), Bœrhaave d), Swieten e), Vaughan f) &c. laudatur, & a Tulpio g) ſi tempeſtive adhibetur, infallibile cenſetur. Si maris balneo facile uti non liceat omnem fluvium maris vicem ſubire poſſe Cl. Mead, Hillary h), Bœrhaave, & Swieten monent, & jam ante hos Aurelianus monuit. Videtur ejusmodi balneo vulnus abſtergi, circuitus humorum intendi, atque excretio cutanea & renalis augeri, itaque venenum receptum eliminari. Terror autem violenta immerſione incuſſus, cum nulla violentia requiratur, vix ſalutis cauſa haberi poteſt. Uti autem aqua marina fluviali paſſim præfertur, ita etiam præſtantior eſſe videtur. Aqua enim marina fluviali minus frigida eſt, vi ſui ſalis emeſin, & catharſin movet, omnesque ſecretiones, & excretiones maxime cutaneam, & renalem longe uberiores facit. Huic ta-

a) Tentamen de venenis p. 140.

b) Comment. de aqua marina p. 24.

c) Lib. citato.

d) Aph. 1143.

e) In comment. ad §. 1143.

f) Lib. cit.

g) Obſ. L. 1. c. 20. p. 41.

h) Lib. cit.

tamen remedio prorſus fidendum non eſt. Deſſault a), Frater du Choiſel b), Paræus c), Palmarius d), Ridley e) aliique ſæpe fefelliſſe obſervarunt; ipſi marini balnei patroni Stalpart van der Wielen f) & Dekkers g) citiſſime a morſu adhiberi volunt, cum ſerius levamen quidem adferat, ſed non ſanet. Sunt etiam, qui nocuiſſe & graviſſima mala ipſamque mortem induxiſſe norunt h). Immerſionem igitur, ſive in mare, ſive in fluvium caute fieri oportet. Abſit omnis corporis æſtus; abſit, cum ſolus etiam aquarum conſpectus, undarumque frementium acceſſus non adſuetis horrorem incutiat, omnis, quæ terrore incuſſo convulſiones ciere, ipſamque hydrophobiam accerſere poſſit, violentia; abundantior ſanguinis copia plethorico inciſa vena ſubtrahatur; ventriculus, & inteſtina materie ſaburrali gravata emetico, catharticove abſtergantur.

Demerſio in mare fluviumve in ipſa etiam hydrophobia commendatur. Magni medici, Celſus

a) Diſſ. cit. p. 287.
b) Lib. cit. p. 18.
c) De venenis &c.
d) Lib. cit. p. 279.
e) Obſ. de aſthmate, & hydrophobia p. 119.
f) Controv. 1. Obſ. n. 100. p. 400.
g) Exerc. pract. p. 564.
h) Liſter, Exercit. 3. p. 136.

ſus a), Bœrhaave, Swieten, aliique credentes pavorem aquæ vi quaſi illata ſuperari poſſe, ægros invitos obnubilatis oculis in aquam frigidam demergere, vel ſi demerſio fieri non poſſit aqua frigida perfundere ſuaſerunt. Hæc curandi ratio etiam ſucceſſit. Helmontius b) ſenem hydrophobum, qui vinctus repetitis vicibus in mare demiſſus eſt, & Morin c) puellam hydrophobam, quæ aquæ ſatis frigidæ, in qua copioſus ſal marinus diſſolutus erat, frequenter immerſa fuit, evaſiſſe vidit. An autem hi ægri ideo, quod inviti aqua ſatiati, aut ſummo terrore percuſſi fuerint, convaluerint, dubitare licet. Semimortui ex aqua educti vomituriverunt, vomuerunt, vomituque ſæpius redeunte levati, & reſtituti ſunt. Itaque vomitu potius, vomitumque ſemper ſubſequente ſudore, quibus ſæpe venenum expulſum eſt, ſanati fuiſſe videntur. Eadem autem curatio ſæpius aut ſefellit, aut nocuit. Larga aquæ in nudum corpus projectio ſubinde quidem aquæ metum pepulit, mortem autem non avertit d). Aſchenhurſt virum a morſu canis rabidi omni menſe hydrophobum vi in mare projectum binis vicibus morbo liberatum, tertia autem vice convulſionibus peremtum novit e). Sauvages f) & Morgagni g) a

a) L. 5. c. 27.

b) Ortus Medicinæ p. 277.

c) Hiſtoire de l'acad. des ſcienc. année 1699. p. 85.

d) Ibidem.

e) Layard p. 72.

f) Diſſ. ſur la rage n. 87.

g) L. 1. Epiſt. 8. r. 25.

a violenta aquifugorum in mare demerſione brevi mortem ſubſecutam fuiſſe referunt. Si hæc hydrophobiæ medendi ratio cum hydrophobi ſtatu comparatur, ſæpius noxiam, quam utilem eſſe poſſe illuceſcit. Dum enim hydrophobus ſumme irritabilis, omnia timens, febreque calens vi & ſummo terrore incuſſo in aquam frigidam demittitur, convulſum aſphyctum, ſuffocatum, apoplecticum illico perire aut peſſime ſaltem adfici, mirum non eſt. Hinc balnei frigidi in hydrophobia uſus a multis cl. viris rejicitur.

Salubriore conſilio Cel. Hoffmannus a) balnei tepidi in hydrophobia uſum commendat. Solida enim tenſa, ſpaſmoque affecta relaxando, perſpirationem ſuppreſſam revocando, maiorem circulantium humorum motum reprimendo & æquabilem efficiendo utiliſſimum eſſe cenſet. Hanc Hoffmanni ſententiam nemo recentiorum non amplexus eſt Tiſſot, Laſſone, & Ehrmann balneum tepidum tam efficax habent, ut principibus in hydrophobia remediis adnumerent; & hinc quotidie ſemel aut bis etiam uſurpari volunt. Non tamen hydrophobum vi in balneum demittendum eſſe monent: probe enim gnari, ſolum aquæ conſpectum horrore, convulſione, furore &c. excipi, a violenta in balneum detruſione plus damni quam emolumenti exſpectant. Experientia ejus utilitatem comprobat, Cel. Vaughan b) binos hydrophobos, quos nec mercurius inunctus, nec opium larga doſi

a) T. I. p. 211.

b) Lib. citato.

doſi exhibitum juvit, a balneo tepido mirum in modum levatos fuiſſe refert. Idem balneum tepidum ad arcendam etiam hydrophobiam his temporibus enixe laudatur. Cum enim venenum vulneri immiſſum abluere, in circulum humorum forte receptum ſudore ſubſequente expellere, aut ſaltem hauſta aqua mitigare, enervareque, ſanguinem autem diluere, ad ſecretiones & excretiones obeundas aptiorem reddere, & contra inſpiſſationem, inflammationemque ſub hydrophobia metuendam munire valeat, non poteſt demorſis non ſalutare eſſe. Jam Celſi quidem tempore utiliſſimum habitum eſt. Is enim ab animale rabido vulneratos protinus in balneum deſcendere, ibi dum vires ferunt deſudare, inde vinum liberalius haurire balneoque per triduum repetito a periculo tutos ſe habere narrat a). Verum ille balneandi mos exoleviſſe videtur.

§. XXVII.

Jam qua ratione tertiæ in cura prophylactica indicationi ſatisfieri poſſit, dicendum eſt.

Ut cauſæ, quibus applicatis venenum actuoſum reddi ſolet, caveantur, omne, quod corpus calefacere, excretiones inhibere, animum validius afficere poſſit, ſedulo ab ægro avertere oportet; hinc diſpoſito ad febrim quamcunque forte ſubnata abigenda, plethora v. g. venæſectione tollenda, ſaburra in primis viis ſtabulans eccoprotico, cathartico, emeticove ejicienda &c.; cibus carneus, aro-

a) L. 5. c. 27. p. 308.

aromaticus, potus vinoſus, ſpirituoſus prohibendus, & e contra diæta antiphlogiſtica præſcribenda; validius corporis exercitium interdicendum; vigiliæ protractiores diſſuadendæ; hilaritas animi inculcanda, intenſio vetanda, & occaſio paſſionis iræ, terroris, metus, triſtitiæ præcidenda; omnis denique excretia alvina, cutanea, renalis &c. libera ſervanda. Ut autem cauſæ caſu applicatæ removeantur, convenientibus hunc in finem remediis uti neceſſe eſt.

§. XXVIII.

Effectus a veneno in actum deducto produci ſolitos, cum varii ſint, ſymptomata nervoſa, ſpaſmodica, febris, liquidorum diſſipatio, reliquorum inſpiſſatio, inflammatio &c. variis etiam auxiliis arcemus, aut in ortu ſuo ſufferimus.

Symptomata nervoſa, ſpaſmodica Cl. Viris, Arrigoni, Tiſſot, Layard, Laſſone, Ehrmann, Portal &c. ſecuti remediis nervinis, antiſpaſmodicis, camphora, moſcho, caſtoreo, aſa fœtida, ſuccino, ſale, aut ſpiritu cornu cervi, vel ſalis ammoniaci, tinctura eau de luce &c. infuſo florum tiliæ, radicis valerianæ ſylveſtris &c. ſemel, aut bis de die exhibitis aditu prohibemus. Atque his, cum ſimul ſudorem, vel urinam etiam movendo venenum expellere poſſint, confidentius inſiſtimus. Imo vires ſudoriferas, diureticasve additis diaphoreticis cinnabari, antimonio, ſerpentaria virginiana &c. conſulto augemus.

Fe-

Febri, liquidorum diſſipationi, reliquorum inſpiſſationi, inflammationi, balneo tepido ſæpe repetito, cibo mere, aut maximam partem, vegetabili, potu multo refrigerante v. g. decocti hordei, avenæ, graminis cum oxymelle, oxyſaccharo, limonadæ &c. corporis animique quiete &c. obviam imus.

§. XXIX.

Si æger cura prophylactica diu vexatus exhauritur, debilitaturque, vires nutrientibus, roborantibus, cortice potiſſimum peruviano reſtauramus.

§. XXX.

Si curatione prophylactica aut non, aut fruſtra adhibita, morbus hydrophobicus accedit, curatio therapeutica petit: 1) Ut ea veneni recepti pars, quæ loco demorſo adhuc inhæret, eliciatur, & ſanguini ſubtrahatur; 2) Ea autem, quæ ſanguinem ingreſſa fuit, aut enervetur deſtruaturque, aut ex corpore expellatur; 3) Ut mala a veneno agente producta auferantur.

§. XXXI.

Venenum parti infectæ inſidens ſequente modo educitur: Si vulnus jam clauſum eſt, cultro, cauſticove aperitur, & apertum inſperſo cantharidum pulvere, aut illico unguento magna pulveris cantharidum copia impregnato in magnam ſuppurationem deducitur. Hac ſola ratione morbum

incipientem pulſum fuiſſe Cel. Schm
Unguento ægyptiaco, aut digeſtiv
rubro imbuto, ſimilive minor, tar
ratio excitatur; hinc hiſce malo urg
utimur. Si vulnus adhuc apertum
dicto modo augetur. Cel. Portal ſ
neri applicare ſuadet.

§. XXXII.

Veneni in ſanguinem recepti
ſtructiove, triplici quidem modo ten
men, ut vidimus perfecta eſt. Acid
non juvant. Aquoſa, mucilaginoſa,
truculentiam enervare non valent.
tum nullum habemus. Solus fort
eſt, qui vi antihydrophoba inſtruit
certius vi ſialaloga prodeſſe videtur.

§. XXXIII.

Expulſio veneni variis remediis
doriferis, diureticis, emeticis, cath
enda ſuadetur. Hæc autem, quibu
diis tentata, etſi ſola ægrum ſalvar
non ſuccedit.

o(⌣)o(⌣)o

ictionibus diutius neglectis increviſſe; repe
item rurſus decreviſſe, & demum diſparuiſſe
na vice obſervatum eſt. Mercurius igitur, u
XII. dixi, larga manu, & ad levem ſalivatio
sque locis ſedi veneni proximis inungendus eſ

Proximum a ſialagogis locum ſudorifera t
videntur. Largus enim ſudoriferis concit
idor multiplici vice hydrophobiam ſuſtulit.
inem hydrophobam cinnabari, moſcho, &
Jugent a) matronam hydrophobia correptam
uos juvenes brevi corripiendos, camphora,
ornu cervi, theriaca, & multo ſudorifero
Iillary b), fæminam aquæ metu laborantem,
abari, antimonio crudo, ſale ſalis ammoni
veſicantibus Hele c), puellam præcurſoribu
uæ metus vexatam alexipharmacis, & imp
heriaca, Schmith d) ſanavit. Nuper acetum
auſtum hydrophobum Udinæ, & experin
auſa ingeſtum alterum Paduæ, ſervavit e). F
milia exempla leguntur. Quamquam autem
udorifera medendi ratio morbum debellare p
rudentia tamen ſudoriferæ ſialagogam jungere
let. Hinc cum frictionibus mercurialibus moſc

 ca

camphora, ſal alcalinum volatile,
luce, opium, acetum, cinnabaris
monialis correctus &c. in uſum trahi

Atque hæc compoſita medendi
in deſperatis caſibus quaſi miracula

Diuretica quoque commenda
videntur. Cum enim cantharides
majales b) ob inſignem vim diureti
bili remedio in hydrophobia curand
ros habeantur, & ſolus etiam cru
abuſus hydrophobias fugaverit c)
diureticis multum ſperare poſſumus.
diuretica ſialagogis, & diaphoretic
ſint, aliis in hydrophobia indicatis
tica mitia v. g. nitrum, terram f
ſuccum citri, ſpiritum nitri dulcem,
liticum addere præſtat. A nitro d
jecto pulcherrimos effectus Cel. N
eſt. Dum enim in hydrophoba cin
& opio feliciter tractata tenue pa
ſecernebatur, ab exhibito nitro, co
vi ſedimentoſum lotium fluxit, & a
te mitigatus, diſparuit.

Emetica, & purgantia, ad expellendum in h
lrophobia venenum, inepta eſſe videntur. Minin
enim certa, minimeque tuta ſunt. Magis emeti
efracta doſi, ut ſudores & urinas cieant dat
audis capacia ſunt. Hunc in finem ſcrupulu
lrachma dimidia, integrave pulveris Doweri, c
ex unciis tribus cum dimidia tartari vitriolati &
niuncia ipecacuanhæ, & opii conficitur a) cu
ructu clyſmate injicitur b), & granum unum,
erumve turpethi mineralis cum æquali campho
quantitate mixtum, ore ingeritur c). Verum
nen ut hydrophobo, qui ſumme irritabilis, ad
lammationem admodum diſpoſitus vel inflamm
ione etiam obſeſſus eſt, ſudor, & urina moveat
emeticum exhibere, non conſultiſſimum eſt. I
que ſudorem & urinam remediis conſuetis move
præſtat.

§. XXXIV.

Malis a veneno agente productis, cum va
int, affectiones nervoſæ, febris, inflammatio,
ium dejectio, bilioſa, pituitoſaque ventriculi
ourra &c. varia etiam ratione medemur.

§. XXXV.

Affectionibus nervoſis a vi ne
lebrata, opponimus. Non autem
camphoram, moſchum, caſtoreum,
ſuccinum, ſal, ſpiritumve cornu
ammoniaci, tincturam eau de lu
ſylveſtrem, corticem peruvianum &
etiam narcoticum opium audaciore
ni unius, & duorum pondere, ex
que, cum hydrophobus omne aq
forma boli commodiſſime ingerimu
ſolum remediis, verum etiam exter
neo tepido, ſtricturæ & ſpaſmo u
clyſmate emolliente, colicæ, inunc
leo olivarum ſimplici, aut camph
pregnato peracta, doloribus partis
brachii, emplaſtro de laudano mu
baici copia mixto ad collum, & ce
to, faucibus quam maxime patientib
Efficacia horum remediorum inſig
Cl. Viri Sauvages, Arrigoni, Du
Laſſone, Ehrmann, Portal, tanti a
unctionibus mercurialibus juncta
dum progreſſæ hydrophobiæ cura
beant.

etiam quater pro re nata repeti ſolet. Qu
a) ſanguinem ad animi deliquium usque mi
ſuadent. Gravi ejusmodi ſanguinis jactura hy
phobia debellata b) & alio in ægro admodu
vata legitur c). Hæc autem medendi ratio
eſſe poteſt. Vires enim vitæ, quas, ut vene
expelli poſſit, vigere optamus, proſtern
aut ſubitaneam etiam mortem inferre valet.
que moderata, & pro re nata repetita venæſe
ne uti, præſtare videtur. Si inflammatio pha
gem, œſophagum, aſperamve arteriam tenet
taplaſma emolliens collo utiliter admovetur.
autem emolumenti emplaſtrum veſicatorium c
nuchæve applicatum promittit. Ejus enim
magna venenatæ ſalivalis materiæ vicina vehe
ter irritantis, & inflammantis pars, faucibus ſu
hitur, & aptiore loco effertur d). Bene etia
inflammationem præcavendam applicari poſſ
detur.

§. XXXVII.

Vires vitæ, ſi depreſſæ, ſi proſtratæ
erigimus ſtimulo, vario languoris gradui, reli
que morbi ſymptomatibus a debilitate differ

bus accommodato: moſcho, caſtoreo, camphora, ſale volatili, valeriana ſylveſtri, ſerpentaria virginiana, radice arnicæ, cortice peruviano, epiſpaſticis, veſicantibus.

§. XXXVIII.

Vomituritio, vomitus materiæ biliofæ pituitoſæque emeticum poſcit. Hoc & ſaburram, & venenatam omnia peſſumdantem ſalivam in ventriculum forte delatam ejicit. Hinc morbum inſigniter levaſſe legitur. Cum autem primarum viarum tractus in inflammationem proniſſimus vix acre perferre poſſit, emeticum lene eſſe oportet.

Diæta variæ morbi indoli ſit accommodata; in genere dicendo, ſit tenuis, & vel refrigerans, vel calefaciens.

§. XXXIX.

Subinde contingit, ut æger curato etiam morbo admodum debilis, aut admodum mobilis, & meticuloſus ſit; hoc in caſu cortex peruvianus, vinum, caſtoreum, aſa fœtida &c. grata cum amicis converſatio, ambulatio &c. ſanitati integritatem affert.

§. XL.

Hiſce de hydrophobia dictis pauca quædam de modo, quo rabies canum, & rabiei communicatio præcaveri poſſit addere lubet. Cum enim in populoſa urbe, & regione rabioſis canibus inſe-

feſta omnem rabiei, & ita hydrophobiæ occaſionem præcidere, res aut neceſſaria, aut laudabilis ſit, hoc additamentum non ſuperfluum eſſe videtur.

Ad hunc finem conſequendum 1) canum numerus imminuendus eſt. Vagos igitur, heroque deſtitutos canes occidere oportet. Hi enim ex fame, victu pravo, putrido, ex æſtu, geluve ſæpiſſime rabioſi fiunt. Canes quoque ad œconomiam non requiſitos e medio tollere expedit. Id quidem difficulter fiet. Si tamen pro quolibet cane ſuperfluo certa pecunia vitæ generi accommodata quotannis ſolvenda irrogetur, plerisque canem dimittere quam conſervare placebit. Nobilibus tamen ad fallendum tempus unus, alterve canis concedendus eſſet.

2) Cauſæ rabiei a canibus removendæ ſunt. Hinc canes æſtate a vi caloris, hyeme a vi frigoris arceantur, cibo apto, & aqua recente, nutriantur.

3) Infectionem a cane rabido metuendam prævertere oportet. Itaque canis rabidus in viis occurrens ocyſſime quocunque modo occidatur. Occiſor præmio a principe ſtatuto non indignus erit. Canis autem, cujus valetudo ſuſpecta eſt, includatur, & ſi rabie incipiente affectus videtur, propinato pharmaco, turpetho minerali, helleboro albo &c. ſanetur; ſi autem jam progreſſa laborat, ſine mora interficiatur. Rabioſa canis domuncula, & quidquid ejus ſaliva contaminari potuit, igni ſub dio excitato committatur.

4) Infectione facta eruptio morbi omni modo cavenda eſt. Quare animal a rabioſo cane vulneratum aut illico necetur, aut ab aliis animalibus ſeparatum peculiari loco includatur, aptaque curatione non a plebe, non ab agyrta, ſed a medico, chirurgoque directa ſanetur, rabie autem jam correptum aut occidatur, aut incluſum fato ſuo permittatur, & quidquid ejus ſaliva infectum fuit, comburatur. Homo autem ab animale rabido demorſus, illico vulnus aqua ſalita, urinave eluat, aut ferro ignito inurat, & rejecto omni medicaſtri conſilio ad medicum, chirurgumque confugiat.

VII.

VII.

ALOYSII SMETASCHEK

MORAVI JOSLOWITZENSIS

DISSERTATIO

DE

MORBIS MAMMARUM.

CAPUT I.

Adorandus naturæ author ad genus humanum propagandum præcipue ſexum delicatiorem inſtituit, huncque ad ſcopum corpus fæmineum ita fabricavit, ut in ſinu ſuo futurum homunculum concipere, geſtare, generare & jamjam natum e proprio penu ſuo nutrire etiam queat; verum hac de cauſa genus hoc variis morbis, quos maſculum ſæpe penitus ignorat, obnoxium eſt, inter quos certe non minimi & frequentiſſimi mammarum morbi ſunt. Hos quantum paginis licet conciſis declaraturus ſum.

Prius,

Priusquam ad ipſos mammarum morbos explicandos greſſum faciam, brevis mihi deſcriptio earum anatomica præmittenda eſſe videtur, ut eo melius innoteſcat, quæ qualisnam indolis ſit illa corporis pars, in qua hi morbi locum habeant. Conſului autem ſuper hac re præprimis Ill. Hallerum & Kœlpium, apud quos non ſolum exactiſſimas deſcriptiones, ſed & icones reperire eſt quam nitidiſſimas.

Sunt itaque mammæ illæ binæ partes pectorali muſculo majori incumbentes, in pectore præſertim fæminarum eminentes hæmiſphæricæ, connexæ, ſolidiuſculæ, quæ lactis ſecretioni dicantur, unde tandem ſuo tempore excerni, & a recens nato in nutrimentum ſumi queat.

Numero ſunt duæ, tametſi Celeb. Borellus, & Blaſius tres obſervaverint, in uno nempe latere duplices, id vero ad raritates naturæ referendum eſſe, nemo non videt. Duæ ergo habentur mammæ in quovis latere una, quod a natura ubique admirabili non improvide factum eſt, non ſolum ob venuſtatem & ſymmetriam corporis, ſed maxime ob ſummam & multiplicem, quæ inde in recens natos redundat, utilitatem; etenim naſcantur gemelli, quod ſæpe fit, & quivis habebit ſuum unde hauriat fontem; in penuria lactis mater jam habens infantem paulo robuſtiorem, quod una non præſtat mamma, altera ſæpe compenſabit, ſic etiam una morboſe affecta, & lactantem prohibente, altera ſat ſui offeret officii. Præterea mutando ſic lactantis ſitum præcavetur, ne juſta corporis diſ-

po-

poſitio, æqualis dexteritas muſculorum, & oculi præprimis vitium contrahant.

Situs mammarum eſt in anteriori media & elatiori thoracis parte paulo infra & ante brachia, verſus os ſterni procedunt, ſic in quovis latere æqualiter diſpoſitæ ſeſe reſpiciunt, id itidem a natura non inconſulto, fuere utique mammæ ſitui brachiorum accommodandæ, quo infans brachiis geſtandus commode uberibus admoveri poſſit.

Magnitudinem quod attinet, ea varia eſt: in recens nato ſeu maſculo, ſeu fæmella æqualiter turgent ab humoribus, tandem in maribus complanantur ſponte, ut vix quid emineant, attamen non ita, ut hæc res nullam exceptionem patiatur, nam videmus viros, non raro mammis turgidis, imo & aliquando lacteum humorem fundentes, & exempla leguntur in hiſtoriis medicis, viros in defectu matris lactaſſe infantes. In puellis increſcunt matureſcentibus, in gravidis ſecundo menſe majores, in puerperis & lactantibus maximæ ſunt, ſtaturæ cujusque proportionatæ in vetulis iterum minores, verum elaſticitatem perdunt & penitus flaccidæ evadunt.

Conſtant mammæ ex pluribus glandulis conglomeratis, pinguedine, arteriis, venis, nervis, vaſis lymphaticis, glandulis conglobatis, atque ductibus galactophoris, ſeu lactiferis, qui omnes ſolitarii concurrunt, & collecti in papilla arctioribus oſtiolis ſat conſtanti numero quindenario aperiuntur; quidam Celeb. Viri pauciores ad octo, quidam plures ad viginti viderunt. Illos non adeo

fe-

ſelices in injectionibus fuiſſe, hos alia oſtia pro oſtiis galactophoris habuiſſe fari quidem leviter poſſet; ſed an non etiam hic luſus naturæ obtinere poteſt? Abſonum non videtur.

Exterius mammas tegit cutis tenerior quam alibi; in hujus parte media anteriori adeſt circularis orbiculus, areola, dictus, quæ in virginibus grate rubella, alias ſæpe ſubfuſca eſt, in centro autem ejusdem areolæ papilla emergit, quæ eſt eminentia cylindriaca, rubicunda, admodum ſenſilis & irritabilis, cellulari fabrica donata, foraminulis ductum galactophororum pertuſa. Hujus papillæ erectionem, de qua Cel. Carpus Comm. 2. in an. ita ſcribit: Et hoc eſt veriſſimum, quod ſi tangatur papilla mamillæ, ſtatim ipſa papilla erigitur. Clar. Marherus a ſola mechanica irritatione repetiit, cum valde nervoſa influxus humorum in vaſcula ejus acceleratur, augetur, atque tali modo intumeſcere & prolongari poteſt; & merito; neque ad hoc requiritur ſtructura cavernoſa, neque vis muſculoſa, neque adeo aliæ vires comprimentes, ſed ſolum allectum citatiorem & copioſiorem impulſum humorum ad id ſufficere, facile adnuo. In eadem papilla & areola latent glandulæ ſimplices parvæ ſebaceæ, quæ excernunt orificiis ſuis humorem unguinoſum, quo areola & papilla ab excoriatione defenduntur; facile enim excoriantur tum a ſuctione robuſtioris infantis, tum ab humectatione defluentis inter ſugendum lactis, & ipſorum labiorum infantis continuo humidorum.

Ut autem ſtructuram mammarum penitius intelligamus ad interiora magis procedendum eſt. Separata itaque cute primum eſt, quod apparet multa laxa cellulofa tela, in qua collocatur adeps ſeu pinguedo mollis, cujus maxima copia anterius, multo minor inter poſteriorem ſuperficiem, & pectoralem muſculum majorem interſternitur; ab hac adipe princeps molis & rotunditatis cauſa dependere aſſolet, hinc in puellis pubeſcentibus mammæ ſororiant, in vetulis conſumpta adipe flacceſcunt.

Sapienter adipis utilitatem Morgagnius alteram porro animadvertit: Equidem plures, ait, pinguetudinis utilitates eſſe cenſeo & ex iis non poſtremam, ut glanduloſa mammarum ſubſtantia, quam ex leviſſimis interdum ictibus & compreſſionibus vitiari conſtat, ac indureſcere, mollius tutiusque in ea jaceat, atque ubi opus eſt creſcere & lacte diſtendi facilius queat. In ipſa hac pinguedine continentur glandulæ conglomeratæ, quæ ex lobulis, & hæ ex acinis minoribus involucro univerſali circumdatis per celluloſam inter ſe connexis componuntur, ſingulus lobulus ductu proprio excretorio prædítus eſt, qui inter ſe more venarum confluunt & abeunt in ductum aliquem univerſalem, qui omnes ſine communicatione inter ſe in papilla ſe aperiunt.

Arteriæ, quæ per totam ſubſtantiam mammæ decurrunt & ad omnes glandulas accedunt, ſunt mammariæ internæ ex ſubclauſa in thorace ortæ, quæ præſertim vicinis muſculis & cuti proſpiciunt: hæ ambæ arteriæ in quovis coſtarum inter-

tervallo ramificatæ frequenter inter ſe anaſtomoſes faciunt, donec in muſculis abdominalibus cum ramulis arteriæ epigaſtricæ quoque inoſculentur, atque tandem minutim hic diſperſæ evaneſcunt. Venæ, quæ hic itidem habentur duplices, ſunt ejusdem denominationis ac arteriæ; hæ cuti ob faciliorem refluxum ſanguinis ſemper propiores, formant ſub areolæ cute mirabile rete venoſum, unde ſanguis a mammis poſt ſecretionem & nutritionem reſiduus reducitur; interna lateris dextri in truncum venæ cavæ, lateris ſiniſtri in ſubclaviam; externæ in venam axillarem ſe evacuant.

Nervi, quos mamma acquirit ſat numeroſi & notabiles, ſunt continuationes nervorum coſtalium a dorſalibus ortorum, quorum quivis ſibi etiam ramum ab intercoſtali magno adſciſcit. Hi ſex nervi inferius coſtis ſingulis contingi decurrentes in itinere, inter quodvis coſtarum intervallum unum ramum emittunt ad mammas; alii quatuor ipſorum rami in finibus coſtarum emergentes itidem mammas accedunt. Decem ergo ſunt nervi notabiles, qui toti ſubſtantiæ mammæ, & glanduloſæ parti, & cuti proſpiciunt, unde ſenſibilitas hic loci in morbis poteſt æſtimari.

Præterea vaſa lymphatica magnum hic uſum præſtant, hæc originem ſuam ducunt tum ex intima glandularum celluloſa, tum ex ipſis lactiferis ductibus, in facie poſteriori concava inæquali mammarum confluunt in plures truncos, & glanduloſas conglobatas tranant, inde feruntur ad plenus axillares lymphaticos; his ſibi junctis rurſus perforant conglobatas, inde in duos majores truncos

cos collecta in venam ſubclaviam aut aliquando in jugularem ſe exonerant. Itaque explicari poteſt celer abſorptio lactis in ſanguinem, & cur tumidis glandulis ſubaxillaribus etiam mammæ in conſenſum trahantur.

Cæterum quod mammarum formam concernit, laudantur illæ, quæ ſunt tenſæ, elaſticæ & moderatæ molis parum lactis præbent ob adipis copiam, quæ glanduloſam fabricam mammæ in ſua functione turbare aſſolet.

In papillis laudatur color ruber, firmitas, & ſi ſatis ſuper diſcum mammæ emineant. Si juſto majores fuerint linguæ motum impedient in deglutitione lactantis, ſi juſto minores, non poterit eas retinere infans.

Cur autem in ſolo ſexu ſequiori mammæ ſororient, id ſequentes rationes agnoſccre demonſtramus. Notum eſt, fæminas in genere a natura, molliori & teneriori textura fibrarum viribusque imbecillioribus præditas eſſe, inde pulſus debilior; ſecretiones & excretiones, præſertim perſpiratio inſenſibilis pariter parcior, accedente plerumque vita ſedentaria minus conſumente, exinde coacervantur humores, qui faciunt plethoram, hæcque ut locari poſſit, cogitur quaquaverſum; cum autem commodiſſimum locum inveniat præter uterum, mammas, ad has quoque ruit ob multam & laxam celluloſam ſtructuram partis, mollitiem a pinguedine, in locum utpote ab omni preſſione liberum, cordique minus reſiſtentem; ergo plethora majori copia & impetu præ

cæteris partibus in mammas impende
evolvet, vaſorum diametros, ſecre
pis augebit. Unde volumen & conv
marum dependere in perſpicuo eſt.
mammarum deſcriptioni anatomicæ
ſcopo ſuperſedendum reor.

CAPUT II.

Morbos ipſos mammarum pe
mum quod occurrit, morbi ſunt, q
ciunt; ſed cum hi ad aliam claſſe
neant, ad morbos nimirum cutane
tendos cenſeo, exponens ſolum, hu
ctantes morbos.

Adeoque in puellis, quæ parc
preſſam menſtruationem patiuntur
tumeſcunt, & ſæpenumero dolent;
uterina ob reſiſtentiam ſibi poſitan
cauſis non promoveant ſanguinem
ſyſtema uterinum, motus varius ſa
aliarum partium corporis excitatur,
variæ corporis partes afficiuntur; hi

c(⌣)o(⌣)o

ſa non tantum hæc incommoda ſequuntur
etiam aliquando contingit, ut ſanguis in m
derivetur, perque ipſas papillas prodeat.
pocrates de mulierum morbis Lib. 2. cap. 2
bens: At concluſi uteri menſes ad mamm
mittunt, & ad pectus aſcendere cogunt. C
ræus noverat fæminam, cui ſingulis menſib
mammas profluxit ſanguis menſtruus adeo,
bus mantilibus opus fuerit ad hunc ſanguin
cipiendum. Similes caſus ſe vidiſſe aſſe
van Swieten.

Cura in hoc caſu conſiſtit, ut in debit
dinem redigantur menſtrua & mammæ rev
evacuentur, id vero fiet pro varia ſuppr
cauſſa, varia ratione.

Optima autem remulſio inſtituitur ecco
purgantibus, enematibus, pediluviis, venæ
ne in pede inſtituta. Si ſanguis e papilla flu
miſſio aëris frigidi & fomenta frigida ad m
bonus effectus præſtiterunt.

Cum emenagoga adhibeantur, obſerva
quod ſi nullus dolor colicus, nullus prorſus
& conamen ad catamenia, nunquam danc

Gravidis, ſanguine menſtruo
ſum ſecerni impedito & a fœtu adl
mentum eo non indigente, mamm
quod ſignum graviditatis eſt, qui
van Swieten in Com. §. 1296. ſi
tius tenſionis utcunque moleſtæ ſenſu
dolorem, nullam medelam poſcit
in gravidis morbus mammarum ubi
to die lac conficiunt paulo largius
mammarum repletio plerumque pe
vidis oritur, obſervati tamen ſunt
repente ad mammas affluxit, ubi n
mas factus eſt humorum impetus rep
propemodum ratione, qua id poſt
let, ubi ſeroſi quid ſublactei ex pap
moleſtiæ feliciter tolluntur diæta te
& fomento ex hydrogalla in qua ſa
ſolvitur. Cl. Moriceu naturæ hoc
tit, & tantum cavendum jubet, ne
adſtrictis turgentes mammæ premer

In puerperis oritur morbus ma
a nimia lactis copia, ſi infans ſit a
& parum lactis abſumat, vel e co
aliis alatur alimentis, atque ex hoc
rum lactis exſugat, vel ſi ſubito l
rapiatur & intra paucas horas illac

ſubinflammatio a nimia lactis repletione, infla-
tio vera & ſuppuratio.

Si mammæ lacte nimis implentur, oritu-
geſcentia, diſtenſio dolorifica, & ſtagnatio.
cunque de cauſſa, dicit Ill. van Swieten
§. 1334., ſtagnet lac in mammis, metuenda e-
degeneratio & coagulatio. Solet tunc tenu-
rum ex papillis fluere, manente mamma æqu-
ſa, dolente, tumida, dum omne grumoſum
tur. Hoc malum oritur ſi nimis cito lac ad
mas rapiatur, aut infans non omne educat,
frigidus aër ſubito pertingat ad mammas. Q-
diu ſola manet hæc dolorifica diſtenſio malu-
curatur lenioribus purgantibus, aut evacu-
per eam viam, quam ipſa natura eligit, ut
marum exſuctionem, ſedinfantes tales mamma-
non aſſumunt.

Hac ratione ubi ſubito tumebant man-
vel a debiliori infante nimis turgidæ deple-
poterant, ſuaſit Ill. van Swieten, ut ab ali-
liere leni ſuctione evacuarentur pro parte,
inde infans uberibus admoveatur.

Accedente febre, motu, & calore,
nante coagulato degenerato in mammis lac-

dulofa tumeat, doleat, inflammetur; erit moles totius mammæ minor, tumores non erunt æquabiles, ſed nodoſi, tuberoſi, tumor ipſe lente increſcit, per ſeptimanas, per menſes, imo per integrum annum, vix erit reſolvendus. Verum tamen ſeu hæc ſeu illa pars inflammata ſit, methodus curandi eadem ſemper erit, etsi ſit utriusque morbi duratio diſpar: pars glandulofa inflammata æque benignam reſolutionem aut benignam ſuppurationem admittet, ac illa altera pars cellulofa; licet pars glandulofa ſeu reſolvenda, ſeu ſuppuranda ad utrumque finem multo tardius properet. Cancer certe a glandulofa mammarum ab hac cauſſa inflammata parte, metuendus non erit. Omnes enim illi cancri, quos hic videre contingit, aliam habuere originem, & nullam ab adgeſto lacte in puerperis ortum ſe vidiſſe ad cineres mihi honorandus Cl. Profeſſor Stoll in collegiis ſuis practicis teſtatur.

Methodus medendi erit primo benigna reſolutio, ſi autem reſolutio inflammationis non ſucceſſerit, omnia ad blandam ſuppurationem diſponantur. Reſolutio benigna tentanda erit emollientibus herbis, farinis, una junctis cum diſcutientibus, purgantibus mitiſſimis, antiphlogiſticis & ſuctione leni, ut depletio fiat; ſed ſuctione hac leni non urgenda, ni ſtatim tumor decreſcat, ſi vero non ſubinflammatio & potius inflammatio vera adſit, hæc ſuctio mala eſſet.

Cl. Moſchion Oxicratum applicuit. Cel. Benevolus egregium uſum aceti aqua diluti non tantum in incipiente mammarum inflammatione, ſed

ſed etiam, dum jam provectior morbus ſit, expertus fuit. Cl. Levret cataplasmate ex pane & vino ſimul coctis, ſale alcalino, ammoniaco, in aqua ſolutis, uſus fuit. Swietenius Com. §. 1336. curavit ſapone veneto, in lacte & aqua ſoluto, ut foveretur mamma tumens collecto lacte, bis vel ter de die ſimul expoſuit vapori aquæ tepidæ. Eximiam opem ſapo venetus ferre ſolet in multo lacte ſolutus, attamen ubi dolor vehemens, inflammatio ſumma, nil aliud morbus deſiderat, quam emollientiſſimum cataplasma ex ſemine & farina lini; ſapientiſſime ſcribit L. B. de Störk in præcept. med. pract. Tom. 2. Si inflammatio admodum vehemens ſit, mox ab initio cataplasmata emollientia applicanda ſunt, quibus, ubi tenſio mammarum & inflammatio notabiliter remittit, herbæ diſcutientes admiſceantur.

Si inflammatio increſcat, ſuppuratio promovenda eſt, ut omne illud, quod ad benignam reſolutionem inceptum & jam deſtructum eſt, a reliquis partibus vivis & ſanis ſeparetur & in corpus album pingue læve homogeneum cremoracæ conſiſtentiæ pus dictum permutetur. Hinc ad ſuppurationem promovendam ſumme emollientibus addenda ſunt leviſſima ſtimulantia, ut ſapo venetus, gummiferulacea, flores chamomillæ, ſambuci, lavendulæ, crocus &c. ut hac ratione motus tardior in glanduloſis partibus conſuetus paululum incitetur. Apoſtema autem ſeu ſolum per ſe ſeu adminiculis artis natum, ſi non etiam ſponte rumpatur, lanceola, vel ſaltem cauſticis aperiri antea non debet, niſi omnia jam mollia reddita ſint, & mucronem flaveſcentem monſtraverint; apertum

dein ſapienter depurare oportet, quia ſordidæ ſuperficies, aut ubi ſuperfluum pus adeſt, conſolidari nequeunt, niſi prius mundetur, & omnia corrupta, quæ unionem partium ſeparatarum impedire poſſunt, auferantur. Turundæ hic locum non habent, cum continuus motus pectoris reſpiratorius, & mammas contra turundas movens perpetuo attritu & irritatione noceret. Solum hic lintea carpta, molliſſima, & emplaſtrum quoddam defenſivum adplicandum eſt.

Sæpe fit, ut tumor & inflammatio integre diſpareant, ſed mammæ duriſſimæ & tenſæ manent; talis indolens mammarum induratio curabitur longiſſimo uſu emollientium cum diſcutientibus externe applicatorum, & ſimul interne decocto attenuantium ſolventium. Contingit ſæpe, ut non raro talia per multos menſes, imo per integrum annum adhiberi debeant. Si vero tales indurationes, ait L. B. de Störk in ſuis præcept. med. pract. nimis pertinaces forent, diuque perſtarent, emplaſtrum de cicuta illis apponitur, ſimiliaque ſolventia adhibentur medicamenta, ut pillulæ ex ſapone veneto, gummi ammoniaco, extracto cicutæ. Certe cicuta, aconitum, & arnica bonum effectum in tali caſu præſtant, ſi externe & interne ſimul adhibeantur. Verum, continuat Ill. Vir loco citato, uſus talium medicamentorum diuturno tempore protrahatur, donec ne minima amplius ſuperſit indurationis nota.

Dolet quoque mamma nimium quantum repleta & plena, nec qua talis, videlicet nimium repleta, exſugi poteſt; hic caſus non admodum rarus eſt, ut Cl. ad rite obſervandum natus Profeſ-

ſor

ſor Stoll in ſuis collegiis nos admonuit. Hinc, ſi lactis nihil aut parum profluat, mamma nihilominus diſtenta ſit, emolliri prius debet admoto aquæ tepidæ vapore, vel vero impoſito cataplasmate emolliente, & tandem vel emulgeri aliquantum vel exſugi, & demum primo adplicari puſillus debet.

Non raro papilla & areola excoriantur, & plurimis in locis finduntur a nimis valida ſuctione infantis, ſi infans moroſus frequentiore ſuctione, magna preſſione inter gingivas irritet papillas, ut doleant & inflammentur, aut ſi infans valide apprehendat papillam immerſam, quæ nonniſi magna vi extrahitur, hinc finditur & excoriatur; finditur etiam ſi acrior infantis ſaliva ſit, aut circa dentitionis tempus, dum pruriunt gingivæ, premunt infantes papillas, imo ſæpe lacerant integumenta, unde fiſſuræ ſanguinolentæ & dolentiſſimæ, finditur quoque ab infantibus impuris lue ſiphylitica contaminatis, item ab aphthoſis.

Quod ſi findantur & excorientur papillæ, proderit emolliens mucilaginoſum remedium illi excoriationi papillæ, item prodeſt albumen ovi, cum ſpiritu camphorato conquaſſatum, ſubinde prodeſt mucilago ſeminum cydoniorum, cui additum eſt liquamen myrrhæ, prodeſt etiam oleum ceræ, oleum ovorum, & ſimilia ſexcenta alia: ut & cremor lactis cum ſucco ſempervivi majoris. Veruntamen cautela adhiberi debet, ut ante ſuctionem papilla probe mundetur, ne videlicet alumnus mammæ adhibitus eandem averſetur. Illuſtriſſimus van Swieten, ſi papilla inflammata vel & fiſſa doleret, linteis carptis, ſucco ſempervivi majoris madidis

fovendam curavit; ſæpe eadem renovando, ne ſicceſcant & adhæreant induſio, ſimul operculum ex plumbo vel cera ſuperius perforatum, quo papilla recipiatur, adplicuit, & fiſſuras papillarum inunxit oleo ceræ, conſolidatis fiſſuris & ſedata inflammatione poſſunt ſpirituoſa adplicari, ut papilla roboretur. Aliquando per papillas valde dolentes, exſudat ſerum acre, quod partes excoriat, ibi prodeſt aceto lithargyrii multa aqua diluta has partes lavare: verum enim vero hac cnm cautela & circumſpectione ut ante ſuctionem papilla probe mundetur, ne videlicet alumnus mammæ applicandus eandem averſetur, aut aliquid remedii ſaturnini deglutiat, poſſet id puſillum in ſummas calamitates conjicere.

Duo adhuc ſuperſunt chronica mala, quæ in mammis obtinent, ſcirrhus & cancer, morbi crudeliſſimi & pertinaciſſimi & omnino nimium frequentes, de quibus pariter ſuccincte, patet enim limites diſſertationis academicæ faciles exſuperari poſſe.

Scirrhus, a græco verbo σκιῤῥόω, induro, eſt tumor durus, ſcaber, doloris expers, in glanduloſis præcipue partibus conſiſtens. Pro cauſſa agnoſcit in genere omne id, quod humores in glandulis inſpiſſat, exſiccat, immeabilesque reddit. Cauſſæ remotiores, quibus id inducitur, plerumque obſervantur phlogoſis topica ſeu alia quæcunque, ubi calor internus externusque magnus, attritu valido, materia impacta craſſiori emunctoria glandularum obſtruit. Contuſio, impactio, rudior contrectatio, inde multa vaſa ſimul & ſemel

mel aut deſtruuntur penitus, aut ſaltem debilitantur, ut tandem ægre promoveant, aut extravaſatos ſtagnare cogant humores; accedit, quod inflammatio pediſſequa multum contribuat ad mali hujus geneſin. Ulcus intempeſtive clauſum, aliæque acrimoniæ retrogreſſæ, ſi enim materia acris ex alio loco in maſſam humorum retropellitur & ad mammas conſiſtat, aut ſi apoſtema mammarum, antequam omnia bene ſuppurata fuerint, aperiatur & cito conſolidetur, jam toties indurationes ſcirrhoſæ obſervatæ fuere. Vita triſtis, victus durus, auſterus, glutinoſus, terreſtris, crudus, quæ omnia ſpiſſum ſanguinem cacochymicum generant, & vaſa obſtruere valent, uti ſunt: carnes fumo & ſale induratæ, farinoſa non fermentata, legumina, ut fabæ, phaſeoli, piſa, &c. fructus immaturi, & hæc ſine moderato corporis exercitio inter plurimas noxas etiam ſcirrhum producunt. Materia atrabilaria ſanguinis, cachexia, maxime ceſſante conſueto fluxu menſtruo & hæmorrhoidali; plerumque ſcirrhi & tandem cancri ortum ducunt eo tempore, quo fœminæ incipiunt effœtæ fieri, & menſtrua progredi jam nequeunt, tunc enim in corpore plethora, maximeque circa thoracem & mammas, quæ nunc fluxu catameniorum non tollitur. In fœminis menſtruis gaudentibus, ſi quid acris, ſi quid alieni in corpore lateat, aut de tempore in tempus generetur, id alienum, id acre una cum fluxu catameniorum extra corpus amandatur, quo ſenſu profecto non incongruo purgamenta vocantur hæc catamenia, cum non tantummodo ſanguine abundante liberentur, ſed etiam ſi aliquid morboſi lateat, ſæpenumero eo tempore ab illo humore morboſo expediantur in effœtis au-

tem,

tem, & ſuppreſſa menſtrua patientibus id acre, id alienum in corpore retinetur, & cáuſam ſcirrhi atque cancri tribuit, cel. Chirurgus Dionyſius in ſuo opere, cours d'operation Chir. a menſtruorum emanſione frequentes mammarum ſcirrhos cancrosque oriri ſe obſervaſſe affirmat, 5. demonſt. dicens: Uterus cum mammis eam habet connexionem, ut ſimul ac menſes emanſuri aut venturi ſunt, mammæ indurentur. Et paullo poſt dicit: inter omnes mulieres, quæ cancro mammarum laborant, pleræque ætatem a 45 usque ad 50. annum agunt, in qua utpote ætate naturaliter menſtrua deſinunt. Ego, continuat cel. Author, & Dominus Duchesne multas cancroſas in itinere anno 1700. deprehendimus, fueruntque omnes ægræ circa ætatis annum quinquageſimum.

Scirrhus jam ſemel natus & præſens, cum etſi per ſe conſideratus in mammis innocue feratur, tamen ea non, vel vix evitari poſſint, quæ eam ſat celeriter in cancrum mutant, non enim in noſtra ſæpe poteſtate eſt, ut omnes animi affectus, leves errores diætæ in copia aut qualitate, externas læſiones, contuſiones, impactiones &c. perfecte præcaveamus, & licet hæc omnia, quis tamen protinus immunem ſe præſtabit a morbis epidemicis, & contagioſis? ſic & menſes in fæminis denique debent aliquando deſinere; adeoque quo maturius eo felicius curæ ſubjiciendus eſt morbus, quo formidabilem cancrum evitent miſerandæ.

Ex eodem nunc recenſito ſcirrho ut ſequela ſæpe exſurgit cancer, ſi dolor acceſſerit: eſt enim

enim nihil aliud cancer, quam tumor durus, ſcaber, cum dolore, ac ſi diceres ſcirrhus dolens, eſt is morbus tantæ ſævitiei & calamitatis, quippe initio neglectus periculoſior & fere incurabilis evadet, imo non tam necare ſtatim, quam diriſſime cruciare ægros valet, ut crudelior haberi merito non oxiſtimetur, quique prioribus nunquam ſuperatus temporibus, ſed ſola extirpationi vel palliative tractatus eſſe legitur. Juxta tritum illud Ovidii:

Utque malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere.

De hoc morbo magnus Boerhaavius in ſua praxi medica §. 492. Et quis, dicit, in hoc morbo quid præſtare poſſet, ille ſibi obſtrictum haberet totum genus humanum.

Cancri nomen obtinuit a ſimilitudine illius animalis octipedis cancer dicti, quod ſic chelas porrigit, & prædam, quam capit, ſtrictiſſime apprehendit; ut ſæpe figuram & colorem ejusdem ſat perfecte præ ſe ferat.

Scirrhoſum tuber per ſe quidem ſat pacate ſe gerit per longius temporis ſpatium; ſi non excitetur, at cave ne irritatio fiat; latet enim anguis in herba; verum enim vero quam difficile præcavetur ex cauſis antea adlatis, nam ſi una harum inevitabilium accedat; exaſperabitur & execrabilis cancer erumpet pediſſequus. Etenim orietur hic facile circa tumorem pertinax nullatenus cedens obſtaculum, ipſa pars circa tumo-

morem duriſſimum in vaſis minimis compreſſis intranabilibus inflammatio a motu humorum, qui cum ad tumorem pertinax, nullatenus cedens offendunt obſtaculum, ipſa pars circa tumorem noviter indurabitur, aſſociabitur, augebitque tumorem continuo, inde a confrictis, tenſis, ruptis etiam nervulis intercurrentibus dolor illi ſubitaneus lancinans, & ut ægri ſe explicant; quaſi lanceola acutiſſimá trajicerentur, initiumque tragœdiæ cancri adeſt. Solent tunc & protuberantiæ & rubor ab inflammatione in cute adhuc integra apparere, & usque huc cancer vocatur occultus. Tandem autem inflammatione non reſolubili, neque in ſuppurationem benignam deducenda, & tumore inſuper augeri pergente, cutis ſumme ultra tonum ſuum diſtenditur non ſine maximo dolore, & in loco, ubi ſumma protuberantia habetur, cutis ſenſim quaſi excoriando ſinditur & aperitur: is ſtatus jam cancer audit apertus ſeu exulceratus. Solet nunc non pus bonum ut ex apoſtematibus prodire, ſed tenuis humor acris, fœtens, ichoroſus, ita de tempore in tempus integumenta magis diducuntur, & fœdiſſimo ſpectaculo ipſa cancri ſubſtantia ſe viſui prodit. Nunc tota ſua ferocia furere pergit, donec hominem de mediis tollat, nam vaſa ſana marginibus cancri adnexa, cum eodem protruſa diſtenduntur, ab humore impellente atteruntur, dilatantur continuo ad plenariam usque rupturam, humores contenti effluunt putreſcentes; non ſolet hic fieri bona ſuppuratio, cum non adſint requiſitæ conditiones ad hoc opus naturæ; ſed effluunt humores tenues, qui hic fermentum putridum ſemper alluentes, libero aëri expoſiti & calore partis cito fracedi-

nem

nem induunt. Poteſt humoris hujus acredo & rodens vis expendi, cum lintea eo madefacta atque ab aqua forti exedantur; hæc acrimonia quaquaverſum vaſa cum humoribus in cancrum degenerare facit, qua ratione etiam radices emittere dicitur cancer.

Habet cancer hoc peculiare, quo a ceteris ulcerum ſpeciebus diſtinguitur, quod labia ejus retorqueantur, quod inde dependet, cutis cancrum intercipiens eum arctat, qui quaſi ſpongia preſſione ablata circa circum labia ſua reflectit. Dolor eſt igneus urens, a diſcerptis integumentis & acrimonia rodente. Color magis minusque niger a putredine ut in carne animalium aëri libero expoſita fieri ſolet. Obſervatum eſt non raro, ut præſente cancro unius mammæ etiam altera, glandulæ ſubaxillares, & uterus pari modo degenerent. Accedunt tandem hæmorrhagiæ ab eroſis vaſis hic adeo ampliatis, ut magno rivo effluere poſſit ſanguis vix ſiſtendus, a compreſſione nimirum & acribus ſtipticis cancer peſſime afficitur; ab hac hæmorrhagia pariter ac in mactatis animalibus & a nervis acriter vexatis convulſiones deducuntur. Si hucusque mors non contigerit, orietur febris lenta & marasmus abſorpto ichore acri, ſini conſumptionem inducit, dum blandam & plaſticam indolem humorum ad nutritionem omnimode neceſſariam derſtruit, atque cor & vaſa ſtimulat. Ultimo mortem ipſam his certiſſime inſequi, nemo erit, cui mirum videri poſſit.

Illa modo recenſita mala in cancro aperto metuenda ſunt, occultus in ceterum euchymo corpore

pore ultra quadraginta annos ſine tan
ptomatibus geſtus eſſe legitur, donec
fectu oborto & empyrico male curan
peſſime fuerit.

Conſiderato ſcirrhi & cancri geni
medendi ordine evolvamus, in ſo
ria & nuda contemplatione acquie
nullus foret, niſi per medicamenta i
ctice obviam iret. Primum omnium
diæta atque vitæ regimen injungatur
legitima ſex rerum non naturalium,
hoc morbos inducunt, ordinatione
eligatur purus, recens, ruſticanus;
applicatæ ipſis mammis e. g. per aq
nives, glaciem, calente adeo corpo
ſe appropinguato ad focum vel pru
ma forent.

Victus ſit tenuis, facilis dig
tus, aqua viva, pura, cryſtallina;
cedi debeat, ſit oligophorum, par
dicam, cum grano ſalis exhibeatur
nia acida, auſtera, farinacea cruda
tata, flatulenta. Motus muſcularis
ſedentariæ præferendus, ne capian

ta, terror, triſtitia, ſollicitudines, ira, c
jus & angue fugienda, ne medicus curation
tus oleum & operam perdat.

Cura & medicamenta ipſa proprius
rantibus neceſſe eſt, morbum in tria ſtadi
guere; atque primo: ſi ſcirrhus aut cancer
cens, non inveteratus, ſed leviculo intimis
ſenſu præditus in corpore euchymo, vi
cauſſa potius externa, omnis ſpes eſt, eun
& per remedia probe uſitata radicitus p
poſſe, quod præſtatur variis remediorum
bus, pro ratione affecti corporis; jam enin
ne præter ſolventia convenient purgantia
paregorica, jam erigentia, jam emenagog
ipſa vomitoria. Externe fonticuli, venæſe
fomenta; cataplasmata, emplaſtra, ſolventi
gorica, vapores, ac in principio etiam emo
Majores noſtri in ſcirrho præter fumum
aliaque laudabilia, præcipue adhibuerunt m
lia; at tales indurationes, niſi venereæ ſint
ſperantur, ut bene advertit Cl. Plenk de
vener. ideo etiam tam raro felices fuere in
dem curatione.

Cancrum ipſum veteres curare aggreſ
ſunt, ſed ſolum, ut ex Hypocrate L. 6.

mentis medela gauderemus noſtro ſ
ma a cicuta, conio maculato Linnæi
præſtante, ut a divinis manibus nob
deatur; tot enim extant exempla ſ
crorumque hac medela feliciter per
ſi ſolum Authores per univerſam Eu
fide dignos, qui id ſcriptis ſuis te
merarem, longus forem. Ad caſ
Henr. Collin in an. med. ſui parte I
31. 34. huc pertinentes & lectu per
co. Curantur hac medela ægræ, q
officia ceteroquin miſerrimam vitam
rent; & ipſi adverſarii, cicutam vi
diſſipante in experimentis irrefragabil
tiſſe efficacem, fatentur.

In uſu cicutæ attendendum, ut a
cipiatur & videatur, an ægra eam
enim idioſyncraſiæ, quæ ſæpe ab
medicamentis male efficiuntur; a gra
die inchoatur, & donec effectus app
ditur ad drachmam unam & paullo p

Forma interna poteſt eſſe varia
electuario, & pillulis optime propina
maxime ejuſdem fomentum, cataplaſ
emplaſtrum de cicuta dictum adhibetu

o(⁀)o(⁀)o

ceſſerit, ocyus ne pars ſincera trahatur, exti
requiritur, de qua poſtea.

E contrario ſi ſcirrhus aut cancer ma
inveteratus, adhærens vaſis majoribus, imm
a cauſa interna ortus, in corpore ſenili, cac
nico, aliis præterea in corpore præſentibus
us ſit, Malignus dicitur, & pro vero, ut
oquar, Nolimetangere habendum eſt. Co
tunc mera cura palliativa, vitæ regimen, e
irritationum per acria quæcunque, nocent
emollientia applicata.

Cicuta itidem hic magnum ſolet adfer
amen, dolores leniendo, malo limites pon
conſiſtentiam, colorem, acredinem, fœtorem
ris corrigendo, atque ſic magne ſaltem to
ibus reddit. Externe ſimul adhibentur em
aturnina; interne iterum pro neceſſitate ecc
ica, venæ ſectiones, aut ſi gangræneſcenti
oret, erigentia antiſeptica ſimul juncta ad
debebunt.

CAPUT III.

Supereſt, ut quod paullo ante ſecun

Si ſcirrhus propenderet quaſi pedunculo inhærens, non multis paraſangis abſciſſio petenda eſt. Si vero paullo major fuerit in mamma deliteſcens ſive ſcirrhus, ſive cancer, ante omnia inquirendum eſt, an non ſimul glandulæ ſubaxillares ſimiliter affectæ ſint, aut etiam cohæreant, quod ſi ſic, operatio non eſt ſuadenda ob diſpoſitionem ad ſcirrhos; his enim ablatis mox alibi emergeret novus, etſi diffitendnm non ſit, tales aliquando curatos legi. Secundo inveſtigandum, an liber & mobilis ſit, hinc manibus prehendatur mamma, & quaquaverſum moveatur, quod ſi in omnem partem æque facile cedat, intelligitur, nullibi adcretum eſſe malum. Tandem uno alterove die ægra, conveniente vitæ victusque ratione atque medicamentis, ut medico viſum fuerit, præparetur, atque ſi non adeo magnus & ſolum partem mammæ v. g. ovi anſerini magnitudine occupaverit, enucleatio ſufficit, quæ ſequenti modo inſtituitur: ponitur ægra in ſellam vel menſam quandam altiorem, brachium lateris affecti vel extenditur vel retrorſum flexum retinetur, quo operator commodus in ſuo opere pergere poſſit. Demum incidit ſcalpello ſuper medium tumoris cutem, & adipem vel forma crucis, potius ſola lineari forma, aut etiam ipſa cutis, præſertim ſi adcreta fuerit, ſimul una cum corpore duro funditus ſeparando eximitur, ſi quædam tamen particulæ duræ remanſerint, ex hamulo capi, ſuaviter attolli, & ultro ſeparari debent. Effluens nunc ſanguis non anxie compeſcendus, ferrum candens, ſtiptica fortiora & ſaturæ nocent, ſolum lintea carpta, emplaſtrum deſuper defenſivum, & ſa-

faſciæ accomodatæ adhibeantur pro deligatione, & porro ut vulnus percuretur.

Si vero ſubſtantia mammæ aut tota aut pro maxima parte occupata fuerit, exſtirpatio ipſa fiat, neceſſe eſt. Notanda præliminaria eadem iterum, quæ in Enucleatione. Varias methodos excogitarunt, quarum ſimpliciſſima ubique hodie a dexterrimis chirurgis ſuſcipitur. Sculteti, Solingenii, Bidloi & Helvetii methodi non ſine temporis prolongatione, & ſuperfluis doloribus inſtituuntur; optima ea eſt, quum nil præter unicum ſcalpellum adhibetur, una manu operator mammam prehenſam attollit, atque altera ſcalpellum adigit in panniculum adipoſum ex parte brachii, in quam lux incidere debet, verſus ſternum ſeparat omne corruptum cum tota mamma, quæ, ſi nimis magna & ponderoſa foret, ab aſſiſtente ſubſtineatur, atque idem læſas majores arteriolas digito comprimat, ne operationem turbent; interim caute a ſubjectis patribus penitus ſeparatur mamma; ſicque vidimus in noſocomio Cæſareo practico, ab Aſſiſtente D. Mohrenheim præſentibus Cl. Prof. Stoll & Steidele magnaque frequentia ſpectatorum exſtirpari; ægra tanta peculiari animi magnitudine operationem ceteroquin non lenem ſuſtinuit, ut nec muſſitando minime dolorem ſuum prodiderit, convaluit, ac longo poſthac a me viſa lætabunda de optima ſanitate fidem fecit.

Peracta operatione, niſi vires contraindicent, aliquot unciæ ſanguinis effluentes ſervire poſſunt loco venæ ſectionis; arteriolæ majores, ſi quæ læſæ ſunt, ligentur, aut ſaltem fungo Aga-

rico ſtringantur, tota plaga vulnerata linteis carptis & deſuper emplaſtro nectente quocunque tegitur, faſciis ligatur, ægra quieti datur, & univerſim ut vulnerata tractatur. Deligatio ante tertiam diem vix aperiatur, nihil vi avellatur, donec ſponte decidant; niſi forte nimia ſuppuratio frequentiorem renovationem expoſceret; a nimia enim ſuppuratione debilitaretur ægra, & conſumtione periret, hinc nil niſi lintea carpta arida vel eſſentia myrrhæ, maſtychis, ſimilibusque leviter imbuta imponere præſtat. Sed e contra videſis, ne vulnus nimis cito areſcat, ita ſi foret, mel roſatum & talia in deligatione ſæpe adhiberi deberent, ut juſta ſuppuratio diu conſervetur, ad vires reſtaurandas diæta ex cibis eupeptis & emulſiones gratæ conveniunt. Aliquando ægræ in febrem ſaburralem ſub cura incidunt, &, ſi febris magna cum doloribus & angoribus circa præcordia, ſpirandi difficultate ſuperveniat, plerumque mors inſequitur, ad id præcavendum mox auxiliis contrariis morbo occurratur.

Monet Cl. Bidloos, ſi jam muſculi pectoralis majoris pars quædam corrupta auferenda fuit, quin imo quod plus eſt, coſtis ipſis carie infectis deſperandum non eſſe affirmat. Scirrhos mammarum dolentes cultro exſectos Cl. Prof. eximium decus & ſuperbia noſtra Stoll aliquoties examini ſubiecit, viditque ſubſtantiam eſſe duram, & molliorem cartilaginem conſiſtentia & colore æmulari ita, ut nil organici ſupereſſet, & corpus appareret homogeneum, & cartilagineum; en difficultatem reſolutionis!

Alius

Alius morbus in lactantibus, huc revocandus, eſt mala mammarum conditio, quatenus papillanimis parva, aut papilla talis, quæ extra ſuctionis tempora evaneſcit, & explicatur intra ipſam ſubſtantiam mammæ, papilla non quidem deficiens, non nimium parva, ſed immerſa intra ſubſtantiam mammæ, intropreſſa, complanata etiam difficulter extrahitur a prole ſugente, & nonniſi cum dolore. Huc etiam pertinet fabrica mammarum a thoraculis deſtructa; ſæpius contingit, dicit Ill. van Swieten im Com. §. 1338. ut a loricis, quas peſſimo more geſtare coguntur puellæ, ſic deprimantur papillæ, ut vix emineant; imo aliquoties vidi ſubſediſſe penitus ita, ut loco eminentis papillæ appareret foveola in mamma, in qua deliteſceret. In omni tali caſu, niſi educatur papilla, lactatio eſt impoſſibilis. Ut curetur malum hoc, tempore graviditatis applicatur parva cucurbita, ex qua quaſi antliæ pneumaticæ ope aër educitur, atque papilla aſſurgere cogitur; ad quod præſtandum Authores varias machinulas invenerunt, quod etiam fiſtula tabacaria fieri poteſt.

Hæc erant, quæ de morbis mammarum conſcribenda habebam. Percurre nunc Lector benevole! opuſculum hoc indulgente non cenſoris oculo; ſiquid, quod probes, invenias, fructum laboris mei ampliſſimum tulero; ſin minus, dabis id tenuitati ingenii, dabis experientiae minus adhuc amplificatae, ſiquidem non doctis, quid enim noctuas Athenas feram? ſed tyronibus opus adaptatum reputato.

VIII.

ALOYS. ANT. ETZEL
PRIBORIO MORAVI

DISSERTATIO
DE
HYPOCHONDRIACO.

CAPUT I.

De natura, differentiis, & varia Authorum circa hunc morbum ſententia.

Varius mali hypochondriaci decurſus & multitudo, varietasque ſymptomatum, actiones nunc vitales, nunc naturales, nunc animales occupantium, ſummam in danda huius morbi definitione difficultatem faciunt. Experientia enim quotidiana docemur, viros hypochondriacos jam ponderis gravantis ſenſationem in hypochondriis experiri, jam moleſtam & anxiam cordis palpitationem, conſtrictionemque ad fauces ſuffocationem minitantem, aliasque innumeras pati moleſtias, ut omnes lo-

gi-

gica quadam comprehendere definitione velle, æthiopem lavare eſſet, quod equidem huic cum pluribus aliis morbis commune eſſe chloroſeos, ſcorbuti exemplo conſtat. Bene ergo monet Frid. Hoffmannus a), nullam partem eſſe corporis, nullam functionem, quæ in hoc longiſſimo morbo non lædatur, ac præter naturam habeat, & ſymptomata gravia, tam que plurima deprehendi, ut vix cuncta recenſeri poſſint. Deſcriptione hinc quadam latiori contentos nos eſſe oportet: ut ergo morbus hypochondriacus, paſſio hypochondriaca, ſit ea generis nervoſi in nervoſi in viris affectio, quæ oppreſſione pectoris, cordis ſuffocatione, cum ſtrangulatione faucium, & œſophagi, palpitatione cordis, anxietate & convulſionibus ſe manifeſtat.

Nomen ab *υπο ſub*, *χονδρος cartilago*, ſeu ſub coſtis cartilagineis, a loco, quem plerumque affectum ſentiunt, morbus ſortitur, quin propterea tamen hypochondria ſemper ægra neceſſario deprehendas; duplicem enim ſpeciem ſedulo diſtinguendam eſſe optime monent, Illuſtriſſimus liber Baron van Swieten b), & clar. Tiſſot c) morbum nempe hypochondriacum ſine materia ſpasmis, flatulent s ventriculi & inteſtinorum diſtenſionibus notatum, & eundem cum materia viſcera abdominalia infarciente, opprimente.

a) Tom. IV. Cap. VI. §. 2. Med. ſyſtem.

b) Comment. §. 1008, Tom. V. p. 223,

c) Von der Geſundheit der Gelehrten §. 24. p. 53.

De prima nobis ex profeſſo ſermo eſt, alteram & facilius cognoſcendam, curandamque a celeberrimis viris, magno Boerhaave a) & ejus Illuſtriſſimo Commentatore b) accuratiſſime deſcriptam commemoraſſe ſolum ſufficiat. Morbus hic hypochondriacus idem omnino cum paſſione hyſterica aliis etiam cum morbis quandoque confundi cum poſſit facile ob ſymptomata, in validiori præſertim paroxyſmo ſimilia, vel aliqua ſaltem omnino eadem, notas diſtinctivas, quibus diſcerni ab his poſſit, ordine addere, & recenſere neceſſe eſt.

Differt ergo I. melancholia, cum hac enim hypochondriam confundere vulgus ſolet, quod ibi delirium circa unam rem pertinaciter verſans adſit, etſi quandoque quædam ſimul hypochondriaca adſint ſymptomata, quandoque totus adeſſe morbus poſſit, vitæ tamen ægri conditio, ſtudia protracta prægeſſa, triſtitia inſolita, vehemens quidam animi affectus, melancholiam exactius determinabunt.

II. Ab apoplexia, & quidem 1) in malo hypochondriaco partes ita non ſunt reſolutæ, neque ſenſus tractus ita abolitus, dum enim vellicantur, ſentiunt 2) quod non ſit ſtertor continuus, pulſus imminuitur, qui in apoplexia plerumque typum ſervat; 3) per murmura, borborygmos, motus convulſivos internarum & externa

a) De cognoſcend. & curand. morb. §. 1089. pag. 322.
b) Lib. Comment. §. 1089. p. 191.

narum partium, ſenſus percepti globi ex regione hypogaſtrica verſus fauces, quæ in apoplexia non deprehenduntur.

III. Ab epilepſia 1) ſignis prædictis inſultibus hypochondriacis propriis, 2) in hypochondriacis ſpuma ante os deſideratur, etiamſi inſultus fuerint validiſſimi, ut ſolent epileptici, & certe cum in prioribus nulla, vel ſaltem leviſſima fiat aëris e pulmonibus exſpiratio, hac ratione nulla ab eadem fieri poterit cum ſaliva conquaſſatio, ut in ſpumam abire cogatur, ut in epilepticis. Verum ſi contingeret, ut in tali paroxysmo ſpuma ante os appareret, tunc ex omnibus nulla daretur differentia aliud tunc adeſſe ſignum. Foreſtus a) notavit, dum aſſerit, ſpuma quidem ab epilepſia diſtingui morbum hypochondriacum, hac tamen præſente utrumque jungi, ac in difficili hac, ob ſymptomatum ſimilitudinem diſtinctione vultu declarare, quid rei ſubſit, tumentem enim, rubentem in hypochondriacis faciem obſervaſſe vult, pallentem in epilepticis. Aſt pace tanti Viri dixerim ex atro rubentem vultum, prominentes in epileptico inſultu oculos, convulſionis violentia demonſtrat, confirmat experientia. Univerſales minus convulſiones, flatuoſas affectiones, non deletos ſenſus, aquoſum copioſiſſimum plerumque in paroxysmi fine emiſſum lotium, clarioris diſtinctionis notam ſuppeditare crediderim, affinia tamen ſibi hæc mala eſſe, & paſſionem hypochondria-

a) Operum omnium Lib. XXVIII. p. 669.

driacam ſæpius in epilepſiam mutatam fuiſſe Illuſtriſſimus Liber Baro van Swieten a) teſtatur.

IV. A ſyncope, quod repentine invadat, nullo prægreſſo ſigno, quod palleſcat facies & agonizantis inſtrar contrahatur, quod ſudores frigidi corpus teneant in ſyncope, & pulſus deficere omnino obſervatur: a paroxysmi durantis tempore notam formari diſtinctivam non poſſe, ex eo pronum ſit: quod & hypochondriacus & ſyncopticus paroxysmus per dies excurſiſſe viſus ſit b), ut vivumne, an mortuum pronuntiare hominem ipſis quandoque medicis haud indifferens fuerit, plurima quæ lethalem hunc commiſſum fuiſſe errorem docent exempla, hiſtoria medica affert. Pulſus ab experto in omni loco debite exploratus deficiens, nec plumula, nec candela, nec goſſipium ori admotum contremiſcentiæ ſigna edens, ſpeculum politum nullo amplius oris vapore inquinatum, obfuſcatum, aqua in poculo pectori impoſita quietiſſima perſtans, ſyncopem lethalem, temperamentum hominis antea cognitum, leviſſima prægreſſa cauſa, aut convulſiones ſine ſpuma ſyncopem ex paſſione hypochodriaca inductam denotant,

V. A catalepſi; quod in noſtro morbo ſitum non obſervet continuo ſuum corpus, non aperti maneant oculi, membra ſitum ipſis impreſſum non re-

a) Comment. §. 1075. p. 161.

b) Bome Tract. de hyſt. & hypochond. affection. p. 6.

retineant; quæ tamen in catalepſi obſervare facile datur.

Veterum de morbo hoc ſententiæ omnino deſiderantur, atram enim bilem ubique in viris accuſando, eam quæ ſine materia eſt, morbi hypochondriaci ſpeciem alto preſſere ſilentio: hæc enim cum paſſione hyſterica eadem, horum ex ſcriptis elucidari non poterit, cum in tanta anatomes clarioris ignorantia uterum motum ad fauces aſcendentem pro cauſa aſſignaverint, quem errorem & ſequentes haud levis famæ medici ſecuti non niſi repetitis clariſſimorum virorum, Morgagnii a) præcipue laboribus, exterminatum videmus.

Recentiores ſuis pertinaciter inhærentes hypotheſibus, juxta illas explicare morborum phænomena adnixi, hypotheticas imaginarias pro veris, pro naturalibus adtulere explicationes.

Incomparabilis Sydenham b) in curandis, quam explicandis morborum ſymptomatibus felicior, a ſpirituum animalium motu vario, morbi, quem obſervaverat, phænomena explicare ſatagit; ſpiritus enim, uti vult, facto quaſi agmine in venere inferiori catervatim magnoque impetu in fauces irruentes, ſpasmos excitant per omnem quam tranſeunt regionem, ventrem ad inſtar globi prægrandis inflantes.

Va-

a) Tom. II. Epiſt. 45. p. 2064.

b) Diſſert. Epiſt. p. 683.

Vapores malignos venenatos, per arterias, venas, & genus nervoſum ad ſuperiores partes elevatos, earumque actionem varie pro parte, ad quam feruntur, turbantes, clar. Sennertus a) aſſumit, Caleni premens veſtigia, qui ex materia corrupta ad caput per nervos aſcendente, vel & ab his halitibus demiſſis ſymptomata explicat.

Cui aſſentitur clar. Burnet b) & Jonſton, c) ſed longe nimis hanc de vaporibus ſententiam petitam eſſe, nervoſe oſtendit ill. L. Baro van Swieten d), dum aſſerit: jam apud Hippocratem manifeſta occurrere veſtigia, revera partes quasdam corporis male affectas, efficaciter in alias longe licet diſſitas agere, quod Helmontio actio regiminis, qua una pars corporis paret alteri, dicebatur, non communicatione ſive propagatione materiæ morboſæ per vipores emiſſos ex parte prius affecta, uti in ſcholis quondam explicari ſolebat, ſed imperio quarundam partius in alias. Ipſam hanc de vaporibus ſententiam ut prorſus vanam, & fictilem momentoſis pro more ſuo argumentis refutat clar. Villiſius e) & edicant quæſo, qui vaporibus emiſſis rem fieri aſſervant, quænam ſtatui via poſſit, per quam illi vapores ad omnes partes deferantur, humorum enim circulo de-

a) De ſuffocat. uteri, p. 683.

b) De ſuffocat. uteri Sect. XV. p. 277.

c) De ſuffocat. uteri Lib. X. q. 709.

d) Comment. §. 1285. p. 416.

e) Tom. I. de morb. convulſiv. p. 147.

deferri eos repugnat, humores etenim motu hydraulico circulantes, moti, ut vapor cum illis circuletur, impediunt; aut ſi fieret, ſine circulationis perturbatione id fieri œconomiæ animalis leges prohibent.

Clar. Carolus Piſo a) colluviem ſeroſam intra cavitates cerebri poſitam, & epilepſiæ quaſi idiopathicæ ſpeciem conſtituentem pro cauſa aſſumit; hunc etiam vaſa cerebri, nervorum origines ſumme tendere, irregularem in partes omnes liquidi nervei influxum facere, actiones omnes inde mire turbari, demonſtraſſe ſibi videtur. Aſt repugnat Anatome, cauſarum occultarum inventrix optima, & probabilem inducit ſuſpicionem, clariſſimum hunc Virum ſuæ, cujus effectus indagare ſibi propoſuit, colluviei ideæ intentum, omnes exinde morborum cauſas, ut eruditiſſimis ſæpe Viris, nimium ſuæ, quam complectuntur, ideæ inhærentibus, contingit ſe inveniſſe, ſe explicare poſſe inſufficienti equidem, ut hodie conſtat, ratione crediſſe.

Specioſiorem longe, ac veriorem explicationem ingenioſus excogitavit Hygmorus b), morbum nempe hunc a nimio ſanguinis ſubtilis ac flatulenti, in pulmonum vaſis cordiſque thalamis, infarctu naſci adſtruens, hoc ab infarctu pulmones, ut thoracis ac diaphragmatis ſequantur motum, inhabiles, cor ſanguine infarctum, ut ſe libe-

a) De colluvie ſeroſa.

b) De paſſion. hyſter. Cap. II. p. 8.

beret incapax, dyſpnoeam, ſuffocationem minitatur: quam ut effugiat natura, facultatem animalem invitat, quæ, ne ſimul cum vitali pereat, ſpiritus hos copioſe, inordinate licet & irregulariter, mittit, motus inde irregulares, quos convulſivos dicimus, excitat. Enimvero ſi ingenio potius, quam ſedula naturæ, & effectuum obſertione cauſæ morbum detegi, explicari poſſent, hanc equidem ceteris omnibus ſententiis palmam præripere liquido patet: aſt attente rem conſideranti apparet, infarctus, quos aſſignat, paroxyſmi tempore fieri poſſe equidem, ſed effectus hos morbi & ſpaſmodicæ muſculorum contractionis eſſe cauſam ſtatui haud poſſe, cum etiam conſtantes non ſint (nam & ſæpe ſat libere reſpirant) & finito paroxyſmo, ſponte & momento evaneſcat, & tempore inter paroxyſmos intermedio omnino abſit omnis reſpirandi difficultas, infarctum hunc paroxyſmum excitaſſe haud probabile ſit: gravem enim infarctum ſanguinis ſuffocationem plenariam minitantem momento tolli, momento in ſaniſſimo antea corpore ex leviſſima cauſa fieri omnino incredibile. Plura quæ hanc ſententiam refutant argumenta, exemplis evidentibus confirmata affert clar. Villiſius a).

Altera denique adhuc ſummos inter Viros diu exagitata reſtat ſententia, an eſſentiale quoddam paſſionem hyſtericam inter & hypochondriacam intercedat differentia, an idem omnino ſit morbus? & ratione, & authoritate utraque ex par-

a) Loco citat.

parte pugnatur: nullam hos inter morbos intereſſe differentiam demonſtrat expertiſſimus expreſſa in hoc morbo obſervando diligentia intentus Sydenham a), maxime quidem fœmineo ſexui familiarem hanc eſſe affectionem, ait: quamvis & alia illi quoque analoga viros paſſim infeſtet, ſcilicet affectio dicta hypochondriaca, cum ratione ſymptomatum vix ovum ovo ſimilius inveniatur, quam hi duo inter ſe ludunt. Huic accedit Ill. Liber Baro van Swieten b), qui de melancholia agens, ſic loquitur: ſub morbi hypochondriaci nomine intelligitur idem omnino malum in viris, quod in fœminis vocatur affectio hyſterica. Clar. Tralles c) virum hypochondriacum ſe ipſum appellat, quod nervos haberet ſenſibiliores. Ipſe quoque tot jam vicibus laudatus clar. Tiſſot d) nullam omnino utrumque inter hunc morbum differentiam invenit. Celeberrimus Platner e) viros ſe inveniſſe, ait, qui hyſtericæ paſſioni perquam ſimillima habuere ſymptomata. Felix in obſervandis & curandis morbis Baglivius f) ſcribit, hyſtericam & hypochondriacam affectionem quam analogice inter ſe procedere, quoad generationis, & quoad curandi modum pene exacte, atque ſimili ritu & or-

a) L. c. p. 486.

b) Comment. §. 1008. p. 213,

c) Tractat. de Colica p. 13.

d) Diſcours prelimin. p. 23.

e) Ars medendi p. 273.

f) De morb. & ration. analogiam p. 250.

ordine recentiores aperte probaſſe & docuiſſe. His aſſentitur clar. Morton a) ſequentibus: in chronicis affectibus univerſalibus ſymptomata in genere nervoſo morborum primo procedunt. V. g. in hypochondriaca & hyſterica paſſione, quorum genus ex conſenſu omnium medicorum eſt theatrum commune, ubi ſpaſmi, oppreſſiones gravativæ, & ſuffocativæ, ructationes, borborygmi frequentes tragœdiam ludunt. Suam quoque ſententiam addit clar. Fracaſſini b), his verbis: Affectio hypochondriaca in viris, & hyſterica in fœminis, eandem prorſus agnoſcunt originem, ſeu cauſam diſpoſitivam.

Aperte huic tot Virorum authoritati contrariam quoque, eamque haud leviorem opponunt, ſed & rationibus, ut equidem putant, evidentibus, differentiam hos morbos inter exiſtentem potius, quam authoritate demonſtrare nituntur: clar. hinc Frid. Hoffmannum c) afferunt, qui unum ab altero diſtinctum contendit eſſe morbum, dum ait: fœminas non ſolam hyſterico, ſed & vere ab eo diſtincto hypochondriaco malo laborare, & Illuſt. Jean d), qui theſim ſuam ſequentibus argumentis ſuffulcire ſtudet, dum oſtendere nititur, phænomena hyſtericarum in initio non obſervari in hypochondriacis, neque acceſſus hypochondriacorum

rum

a) De morb. univerſal. p. 18.

b) De affection. hypochond. p. 351.

c) Med. ſyſt. Tom. IV. Part. III. Cap. V. p. 156. & 168.

d) Diction. univerſelle de Medicine litt. H.

rum unquam eſſe ſubitaneos, tamque validos, ut voce & ſenſu priventur, ut in hyſtericis non raro accidit, ventrem in hyſtericis non ad exteriora protuberare, ut in hypochondriacis contingit, ſed potius ad interiora quaſi retrotrahi, & denique in hyſtericarum cadaveribus uterum ut plurimum, in hypochondriacorum vero viſcera abdominalia affecta deprehendi. Aſt enim vero authoritatem, quam afferunt, cum & nos quoque authoritate æquilibraſſe credamus, ea ſolnm quæ in medium afferunt argumenta examinare, quid veri cuilibet horum ſubſit, indagare, reſtat.

Symptomata hyſtericarum ab initio non obſervari in hypochondriacis dicunt, quod, etſi quandoque fieri obſervetur, ut non eadem omnino infeſtent ſymptomata, præcipua tamen cum conveniant, ſufficiens, ut duo hi morbi diſtinguantur, argumentum formari inde haud poterit. neque mirum, paſſionis namque hypochondriacæ ſymptomata, ut poſtea patebit, diverſiſſima cum ſint, neque una hyſterica ferme iisdem, ac altera infeſtetur phænomenis, quin propterea utramque hyſtericam voces, quid prohibet, quod idem in hypochondriaco inſultu fieri obſervatores medici notarunt? Et eadem quoque omnino, ut in hyſtericis contingit, ſymptomata obſervavit clar. Villiſius a) in viro quodam hypochondriaco, qui jam per tres annos ſtatis quibusdam temporibus motibus convulſivis tentari ſolitus eſt, ut appropinquantem inſultum per duos, tresve dies per-

a) L. c. p. 226.

ſentiſcere ſoleret ex magna intra ſinciput commotione, continua fere vertigine, & crebra oculorum obſuſcatione, ingruente autem paroxysmo oculi primo varie contorquebantur, invertebanturque, dein moles quædam vivi inſtar animalis ab imo ventre ſurſim verſus cor, & thoracem, exinde in caput obrepere videbatur, immaniter illico convulſus ad parietes ſe alliſit, a robuſtis quatuor viris vix ſumma vi coërcendus, muſculi denique rigidi veluti tetano affecti perſiſtebant, ſic paroxysmus per horæ circiter quadrantem durabat, dein ad ſe rediens ſobrie locutus, qualia paſſus fuerat, conſcivit. brevi poſtea ut prius affectus ſpasmo tres horas, quinque quandoque, ſex vicibus eandem luſit tragœdiam. Similes quoque omnino hiſtorias, eadem in utroque morbo adeſſe ſymptomata docentes, videre eſt apud clar. Fracaſſini a).

Qua autem ratione ex eo, quod inſultus in hyſtericis magis ſubitaneus, violentiorque ſit, ac in hypochondriacis, argumentum pro morborum horum diverſitate eſſentiali formari poſſit, equidem ignoro, tantum enim abeſt, ut hæc aliquid demonſtret inſultus vehementia, ut ejus potius diverſitas eundem eſſe morbum aperte loquatur, fæminas enim laxiori, debiliorique fibra a naturâ præditas, ſyſtemate nervoſo mobiliori donatus violentius utique, citiusque a levi licet cauſa irritari, affici debere, phyſiologia demonſtrat. Ventris tumor in utrisque ut volunt diverſus (etſi

fre-

a) L. c.

frequens obſervatio eundem eſſe habeat) partiale quoddam neque conſtans ſemper, neque neceſſarium morbi ſymptoma cum ſit, morbum ut diſtinguat, me hercle! non ſufficit.

Locum, quem aſſignant affectum, morbi differentiam haud ſtatuere ex eo clare patet, quod in ullo horum morbi ſedem reperire eſſe, Anatome repugnet: indefeſſus enim naturæ ſcrutator Morgagnius a) hypochondriacorum cadavera luſtrans nullas ſæpiſſime invenit obſtructiones, & alio loco b) aperte teſtatur, ſæpius magis in cauſa eſſe hypochondria in illis, quos hypochondriacos; quam uterum in his, quas hyſtericas dicunt; labile ergo, cui differentiam ſuperſtruant fundamentum ſe poſuiſſe eſt, quod equidem vehementer doleant.

CAPUT II.

De ſymptomatibus, morbique gradibus variis.

Sat ut opinor variis (quas clariſſimi Authores ſequuntur) ſententiis poſtquam reſpondi, ut vera denique adſtrui poſſit cauſa, ſymptomata, quibus ferax hæc affectio ſtipata eſſe ſolet, ordine recenſere, explicatione, quantum poteſt aſſequi, authoritate clariſſimorum Virorum confirmare, exemplis ſelectis illuſtrare, ex propoſito eſſe du-

a) L. c. Epiſt. VI. Nro. 2.

b) Epiſt. LXIV. Nro. 17.

co. Sequentia jam adeſſe pauciora in his, plura in aliis ſedula naturæ contemplatio docet: dolor ſeu aſſidua capitis gravitas, temulentia, ſtupor; dolor in exigua parte verticis, clavum hyſtericum vocant, ſenſuum repentina obnubilatio, ut apoplexia ſe tangendos, aut tactos putent, inſignis animi dejectio, aſſiduæ querelæ de perverſo ſanitatis ſtatu, terrores repentini ſine nota cauſa, fugitivi calores, ſudores, vertigo, ut locum parum elevatum vix aſcendere, & in loco aperto non ſuffulti vix incedere queant, repentina ſuffocatio per modum ſtrumæ facta, quam globum putant eſſe, tinnitus vagi aurium, ſtridores dentium, & cordis palpitatio, quidam ptialismum habent quaſi a ſalivatione mercuriali excitatum, tumor hypochondrii ſiniſtri a flatu ſubito ceſſans, aut ſurſum & deorſum expulſo pectoris conſtrictiones, & oppreſſiones, dolores vagi, formicantes præſertim muſculorum intercoſtalium attactum non ferentium, uti in atroci rheumatismo ſubito diſparentes, flatus, ructus, borborygmi, quidam ita his infeſtantur, ut minimo motu ructent, & ut propter hos conſortia vitare debeant, colica hypochondriaca, peculiaris debilitas in utroque genu, debilitas in toto corpore conquaſſatis adinſtar ædium ruinas unique minitantium, frigus aſſiduum, ad genua, pulſus utcunque inæqualis, vomitus aciditſſimæ materiæ & viridiſſimæ, prout rejicitur, ſi in motu retrogrado, aut corpus in gyrum agitatur, dolor renum, veſicæ, mictus frequentes in illis præcipue, quorum vires frequentiori jam paroxysmo fuere fractæ, tenesmus ad matulam, mictus urinæ paucæ, ſubin copioſiſſimæ, dilutiſſimæ, hyſtericæ communiter dictæ, vaga animi conditio,

ri-

riſus immodici, lætitia ſupra modum; ut morbi obliviſcantur; quæ ſtatim tamen in triſtitiam vertitur, animus ad iram proclivis, ſuſpicioſus, & ſumme infidus, apoplexia hypochondriaca plerumque momentanea, ad pauca minuta durans, convulſiones variæ oris, totius corporis a levi tremore in ſummam violentiam excreſcentes, dum interim mente conſtant, audiunt, intelligunt omnia, nulla finito paroxysmo relicta habetudine, labiorum extractio momentanea ad unum latus, tractiones digitorum in latus utrumque, fugitivæ & ſubitaneæ paralyſes linguæ, brachiorum jam Hippocrati a) notatæ, ubi ait: fibrantur melancholici manibus & pedibus, vocis impotentia tenentur, & leviter reſolvuntur.

Symptomatum horum plurimum, quæ morbum determinant, concurſus clar. in arte Viris ubique idem fetre obſervabatur. Clar. Tiſſot b) hæc prima eſſe ſymptomata obſervavit: mentis dejectio ignota antea, nemini fidens animus, timor, triſtitia, metus, in deſperatis caſibus antea intrepidus leviſſima nunc timet, exiguus illum terret labor, ex minimo caſu haud præviſo contremiſcit, leviſſimum morbi initium lethalem eſſe ægritudinem ſibi perſuaſum habet, idea mortis omnium, quæ habere poſſet idearum quam maxime tetra ipſi apparet, perit attentio, memoria debilitatur, ideæ redduntur obſcuræ, notabiles, quæ hæc confirmant,

a) De morbis Cap. II. Tom. VII. p. 533.

b) Von der Geſundheit der Gelehrten. §. 10. p. 24.

mant, hiſtorias affert clar. Zimmermann a). Cephalea, cordis palpitatio, debilitas univerſalis corporis, ſubitanea mortis metus muneri ſuo incapacem reddit ægrum: his per diem excruciatus miſeriis veſperi magis debilis, magis dejectus in lectum ſe componit, & dulcem, quem equidem votis, ac poteſt ferventiſſimis precatur ſomnum, ipſum fugere triſtis deſperabundus dolet.

Horrendum hunc animi ſtatum iis ſolum competere obſervavit Illuſtriſſ. Sydenham b), qui diu multumque cum hoc morbo conflictati, tandemque ſubiugati quaſi victas manus dant, maxime ſi res adverſæ, animi mœrores, ſolicitudines, nimia in litterarum ſtudio aſſiduitas, atque animi contentio cum prava corporis diatheſi conſpirantes oleum camino adjecerint.

Pulcherrime ſymptomata ordine deſcribit Ill. Libet Baro van Swieten c), dum de paſſione hyſterica, quam cum hypochondriaca eandem eſſe expreſſe addit, agens: ſanæ ceterum ad iram provocatæ, vel perterritæ fæminæ incipiunt angi, motum ſanguinis per vaſa turbatum habere, cum palpitatione cordis, non ita diu poſt ſentiunt circa hypogaſtrium quid moveri & rotari quaſi, quod aſcendit plerumque in latere ſiniſtro, & ubi diaphragmatis altitudinem attingit, tunc ſentiunt ſe quaſi

a) Von der Erfahrung in der Arzneykunſt.

b) L. c. p. 260.

c) Comment. §. 1075. p. 160.

quaſi ſuffocari, & ingens obſtaculum moleſtiſſimum percipiunt, imo qnandoque manifeſte apparet œſophagum diſtendi, paullo poſt cadunt, & diro ſæpe modo convelluntur.

Symptomata uno nunc tenore recenſita, non leviſſimum, non initiantem comitari morbum ſolent, ſed ubi provectus altiores jam radices difficilius evellendas ceperit: ſub initium enim pauca hæc obſervabis tantum, debilitatem puta, δυσορεξίαν, ciborum aſſumptorum deficiens ſapor adeſt, oſcitatio. pandiculatio crebra, dolores id plurimum vagi abdominis, calores ſæpe volatiles per totum corpus, alvus plerumque conſtipatior, & ſi ſponte aut arte provocetur, cum flatuum eruptione levamen afferens, ventriculi inflatio, anxietas, animi mœror, ut vitæ tædeat, cum ſtatim poſtea ſpaſmo ſoluto emiſſis ructibus ceſſet anxietas, pacatæque mentis ſerenitas brevi redeat.

Hunc primum morbi gradum leviſſimum dixeris, quem brevi poſt alter variis junctus ſpaſmis, faucium conſtrictione, reſpiratione difficili ſuffocativa excipit.

Tertius graviſſima ſyncope invadit a vera morte ſæpe difficulter diſtinguenda a), ſed & periodica datur ſtatis temporibus, aut ſingulis diebus, aut ſeptimanis redux.

a) Vid. Cap. I. de Natur. different. p. 6. & 7.

Et vagam quoque, nulli temporibus determinati periodo affixam obſervare eſt. Vere enim & autumno frequentiores vidit paroxyſmos clar. Foreſtus a), effati Hippocratis b) memor, qui ait: morbis melancholicis per has tempeſtates periculoſi decubitus aut apoplexiam corporis, aut convulſionem, aut maniam, aut cœcitatem denunciant. Ab anno circiter 30 & 40geſimo, alio plus tempore morbo huic ſubjectos viros deprehendit clar. Junk c).

Febrilem denique ſub febris intermittentis larva redeuntem paroxyſmum, Authores memorant, ſyndrome ſymptomatum, hypochondriacorum typo tertianæ recurſantium, frigus puta, oſcitatio, ſuffocatio, abdominis tenſio, animi deliquia, flatulentia, nauſea, cardialgia, mortis timor, mictio urinæ limpidæ, & poſt paroxyſmum craſſæ lateritiæ ſigna diſtinctiva paroxyſmi hypochondriaci ſub larva febris intermittentis recurſantis ſuppeditare vult clar. Wedel d). Hoc laborare morbo præ ceteris obſervantur melancholicæ temperiei homines, moroſi, debiliori corporis aut nativa, aut adventitia compage donati, vitam præcipue ſedentariam agentes, impalleſcentes ſtudiis, nocturnæ librorum lectioni, curis, animi affectibus gravioribus exagitati.

Do-

a) L. c. p. 569.

b) Aphoriſm. 56. Sect. VI.

c) De pedion. hiſter. p. 136.

d) Natur. curioſ. aan. II. Obſerv. 193.

Dolor capitis in hypochondriacis omnibus præſens, vario tamen in variis ſubjectis gradu, modo continuus, remittens modo, hæmicrania ſæpe, modo clavum referens hyſtericum moleſtum morbi ſymptoma conſtituit, modo enim gravativus, nunc diſtenſivus, nunc vellicans, nunc lancinans, modo totum caput, modo tantum circa tempora pungens, pertinacem ſæpe numero frigoris gelidi circa futuram ſagirtalem ſenſum comitem habet, accedit, quod eryſipelatoſa quaſi capitis inflatio, cum faciei rubore, tinuitus aurium, auditus gravitas, horripilatio, laſſitudo, dejectus appertitus; nauſea, ructus vomituritio haud raro conjungantur: ſenſibilitatem hic dolor tantam facit, ut a quovis clamore, ſtrepitu, tumultu, ſono, cantu, riſu, tanquam rebus intolerabilibus ægri afficiantur, ne lucem quidem vix ferant, ſed tenebras, ubi tranquilla quies, & altum agitur ſilentium, potius præferant, decubitu levantur equidem, caput autem ubi attollunt, repentino correpti inſultu ſui immemores coguntur decumbere: pulchre hoc confirmat Hippocrates a), dum de atra bile agens, ſic loquitur: Anxietas ægrum invadit, lucem & homines fugit, tenebras amat, metus corripit, ſeptum transverſum foras tumet, ad contactum dolet.

Vertiginem hanc, capitis dolorem, clavum hyſtericum, convulſiones, ſpasmos omnis generis ex ventriculo & inteſtinis plerumque in hypochondriacis affectis deducere difficile haud eſt, diæ-

a) De morbis L. II. cap. 29. Tom. VII. p. 39.

diæta enim inordinata eos uti cum ſemper videas, & accedente ut plurimum vita ſedentaria alvus haud correſpondeat, colon ſcibalis induratis plenum, adjacentes premit partes, quæ in ſuis ſe & excretionibus turbatæ, pro viſceris affecti varietate varia generant ſymptomata; cloaca enim, & ſentina totius corporis abdomen cum ſit, impuri hi humores nervis plexus meſenterici commovendis apti, inordinatos viſcerum motus, & aſcendentis globi phænomena facili explicatione excitant. Ructus exinde ſonoros moleſtiſſimum hypochondriacorum ſymptoma explicare pronum eſt. Monachum Franciſcanum vidit clar. Rolfincius a) ructus adeo ſonoros, ut per totum exaudiretur clauſtrum, adeo crebros edentem, ut 40geſimum numerum nonnunquam una hora excederent.

Inter omnia vero morbi hujus tormenta, nullum ſe tam crebro ingerit, quam dolor in dorſo: quem certo certius teſte Sydenham b) perſentiſcunt, quotquot vel leviſſime hoc affectu tanguntur, quin & illa, cui prædicti dolores inhæſerant regio, poſt eorum etiam diſceſſum adeo tenera manet, quaſi fuſtibus probe dedolata, ut tactum fugiat, moleſtia nonniſi ſenſim evaneſcente.

Notabilis quoque non raro externarum partium refrigeratio his omnibus ſymptomatibus viam quaſi ſternit, & plerumque nonniſi paroxysmo fini-

a) Lib. III. Epit. Cap. IX. Conf. Riverius Med. pract. lib. XII. cap. IV. p. 411.

b) L. c. p. 259.

nito diſpellitur, refrigerationem hanc rigori cadaverum ſimilem, pulſu interim optime ſe habente ſæpius vidit Sydanham a) evidenti argumento, ſanguinis motum per externas partes tunc eſſe impeditum, internas adeoque magis urgeri, & mire inde cerebri turbari functiones.

Pathognomicum maxime proprium morbi hypochondriaci ab eo fere inſeparabile ſignum urinam conſtituit Sydenham b) plane limpidum adinſtar aquæ e rupibus ſcaturientis, ſatisque copioſæ: vidit enim mox ab excreto lotio coloris citrini violentiori aliquo animi motu derepente perculſos, ſtatim urinam cryſtallum claritate æmulantem, magna copia, & impetu diu continuato ejeciſſe eousque male ſe habentes, donec urina priſtinum colorem paroxyſmo evaneſcente induerit, accedens animi quædam perturbatio morbum excitans, aut evacuatio ſanguinis intemperanter effuſi aut datum emeticum, aut catarcticum paroxysmum invitans diagnoſim evidenter confirmat.

CAPUT III.

De Cauſis.

Multiplicium adeo ſymptomatum ſæpe omnino, ut ſaltem apparet, ſibi oppoſitorum cauſas ut attente examinemus intereſt. Veteres inepta mul-

a) L. c.

b) L. c.

multa indeterminata omnia de morbo hoc ſcripſiſſe ſuperius a) oſtendi, poſtquam nempe ad annum 1600 usque continua Authores inter de morbi hujus cauſa intercederet diſceptatio, nimiam denique ſyſtematis nervoſi debilitatem a ſummo Hallero detectam demonſtratam aſſument omnes, clariſſimos in arte Viros, Tiſſot b), Sydenham c), Illuſtr. L. B. van Swieten d), aliosque recentiores ſecuti. Hanc prædiſponentem eſſe cauſam, omnes ſtatuunt; nervorum etenim irritabilitas, ſanitatis ſervandæ cuſtos neceſſarius, periculi appropinquantis nos commonet, ad avertendos morbos invitos nos ſæpe ſtimulat, non præſentia, ſed excedente ſolum gradu morboſa, tot ſymptomatum ferax cauſa dicitur.

Excitantes cauſæ innumeræ priori junctæ, proximam, ut vocant conſtituunt: ſola enim irritabilitas ſemper in ſaniſſimo corpore præſens ſtimulata ſolum nimium, nimium irritata ab accedente externo aut interno quocunque ſtimulo morbum, de quo mihi ſermo eſt, producit. Hæ ergo ut indagentur ordine quodam, ut enumerentur, ſummam attentionem maximo jure ſibi vindicant.

Pri-

a) Cap. I. de morb. natur, different. p. 3.

b) L. c. p. 24.

c) Diſſert. epiſtolar.

d) L. c. & §. 1075. p. 160.

Primum hic meretur locum, nimia animi applicatio vividiori ingenio librorum, quibus impalleſcunt, lectione ſtimulati, liquidum nerveum ſummopere deperdunt, diſſipant, nervos, caput reddunt debile, ad convulſiones & ſpasmos multiplices pronum, non pauci enim ex iis viris, qui vitam degentes ſedentariam, chartis ſolent impalleſcere, morbo hypochondriaco tenentur. Optime hinc notat clar. Rouſſeau a) ſtudia effœminatos reddere homines, debilitare temperiem, animam vix vires retinere, ubi corpus ſuas perdiderit, ſtudia enim deterunt machinam, exhauriunt ſpiritus, vires diſſipant, animum debilitant, puſillanimem reddunt hominem omnis curæ expertem, paſſionibus ut reſiſtat incapacem. Idem pulchre notat clar. Ramazzini b), nimis enim continuata ſtudia corpus devaſtant, ait: ſpiritus ad ejus reſtitutionem neceſſarios diſſipando, mentis nempe labores non debilitare ſolum virtutem nervoſi ſyſtematis, inducere mobilitatem, ſed & graviſſimos, maximeque notabiles nervorum morbos producere, Obſervatores medici teſtantur. Sic Galenus c) Grammaticum vidit, ſtatim ubi cum animi contentione doceret, aut ſolus ſtuderet, epileptico inſultu correptum. Fridericus Hoffmannus d) memorat juvenem palpitatione ingenti correptum, ubi memoriæ vires parum plus intenderet. Optimæ ſpei pue-

a) L. c. p. 256.

b) Preface de Narciſſe, Oeuvr. diverſ. T. VIII. p. 172

c) Operà omnia p. 648.

d) Med. ration. de epilepſia §. 19.

pueros ab ignaris, moroſis præceptoribus ad immatura, ad nimia vix interpolata ſtudia coactos, vidit clar. Tiſſot a), & Illuſtriſ. Lib. Baro van Swieten b).

Maximi nominis viros hoc laboraſſe morbo teſtantur Obſervatores medici: Julius Cæſar teſtante Suetonio c) tempore extremo repente animo linqui, atque etiam per ſomuum exterreri ſolebat.

Aër commune quod reſpiramus elementum innumeris ſæpe viciſſitudinibus corpori humano inimicum, præter innumera morborum ſemina, ut perbene explicat immortalis Boerhaave d), hypochondriacæ paſſioni producendæ mirum quantum ſæpiſſime favet, obſervavit enim attentiſſimus obſervator Zimmermann e), aërem calidum, ut plurimum nervos lædere, & homines, quorum ſyſtema nervoſum admodum delicatum, ſpasmis & convulſionibus afficere, tempore æſtatis fœminas ſe vidiſſe, ait: animi deliquio, ſpasmis, diarrhæis, quæ nunquam curationem promittebant, niſi decreſcente calore, obnoxias: demonſtrant hoc ipſum hypochondriaci, qui viciſſitudines aëris quam optime ſentiunt, ut pro tempeſtatis diver- ſita-

a) L. c. §, 11. p. 26.

b) Comment. §. 1075. p. 158.

c) Lib. I. Cap. 45. p. 59.

d) Aethiolog. § 756.

e) De cauſ. remot. Tom. I. cap. 5.

ſitate vel triſtes vel hilares eos communiter videre poſſis.

Cibos vel copia, vel qualitate peccantes morbo hypochondriaco dare anſam, facile perſpicitur, nimium enim onerare ventriculum, condimentis additis appetitum ultra naturæ neceſſitatem ſtimulare, nobiles ac inter divites (hos inter enim hypochondriacos plures invenies) mos cum ſit, majori his præditum ſenſibilitate ventriculum erroribus his in dies commiſſis, auctis, totum digeſtionis negotium vitiari, deſtrui, neceſſe eſt: ingeſta tunc ſuam ſecuti naturam, acrimoniam pro ſua natura generando, nervos irritando, ſpasmos excitant; anxiæ enim conſtructiones, anguſtiæ circa præcordia, dolores cardialgici ad dorſum, & ſiniſtrum ventriculi orificium porrecti, palpabilis ſtomachi circa ſcrobiculum cordis inflatio, continuæ eructationes, nauſea, & ad vomendum proclivitas, borborygmi, tormina, convulſiones inteſtinorum, inſtar globi in initio, animi defectio; pulſus celerior, contractus vel plane intermittens perpetua fere paſſionis hypochondriacæ ſymptomata mobiliſſimam & ſenſibilem maxime ventriculi partem affectam eſſe indicant. Cauſam hanc jam Hippocrati a) obſervatam exemplis confirmat clar. Raulin b). Acidum in debili reddito ventriculo generatum omnes hypochondriacorum ſpasmos excitare poſſe, infantum exemplo diſcimus, qui ob ſolum acidum ſpasmos, convulſiones, epilepſiam perſæpe

a) C. III. Aphor. 44.

b) Traité des affect. vaporeux p. 152.

pe experiuntur. Flatus ab acido generari ab ejus aculeis tunicas inteſtinorum ſpasmodice conſtrictas, alvum tardam, conſtipatam, reddere, convulſiva omnia colicæ pictonum excitare ſymptomata obſervavit clar. Junk a).

Glüten tenax peſſimæ indolis in primis viis accumulatum, potiſſimum ſi vita ſedentaria hac cum cauſa conjuncta fuerit, morbum hunc facere ex eo conſtat, quod gluten mora, calore acre evadens, papillas nerveas vellicare, dolores ventriculi enormes, cardialgiam, anxietates, dolores capitis vehementes vix compeſcendos excitare debeat. Omnia quæ ex accumulato glutine expectari mala poſſunt, pulchro ſermone complectitur Illuſtriſſimus Liber Baro van Swieten b) dum loquitur: nulla fit ingeſtorum coctio, vel depravata penitus, & omnia in ſpontaneam abeunt corruptionem, hinc illi ructus acidi, nidoroſi, & circulus humorum penitus turbatus, quod docet pulſus inordinatus toties in hoc morbo, & frigus imminutæ circulationis ſequela: vitales motus perturbantur omnino, reſpiratio difficilis ad minimum motum anheloſa, cordis palpitationes enormes, ſæpe animi deliquia a leviſſimis cauſis. Animales functiones languent omnino, languida membra vix trahunt, a minimo corporis motu delaſſati ſunt illico, ſenſuum omnium hebetudo, ſtupor, vertigines moleſtiſſimæ adſunt. Fomes putridus primas vias infeſtans maxime, ſi circa cardiam hæreat,

a) De hyſter. paſſion. p. 184.

Comment. Tom. I. §. 73. p. 104.

reat, hypochondriaca omnino ſymptomata excitat.

Vermes nervos vellicando, rodendo, omnis generis ſpaſmos convulſiones hypochondriacas cauſare poſſe, author eſt clariſſ. Sauvages a), Bonnetus b).

Nimius dulcium ſaccharo confectorum uſus, quod & fermentent, aceſcant, flatus generent, hypochondriacis nocere, eorum exacerbare ſymptomata, teſtis eſt cl. Baglivius c). Cl. Gaubius d) de noxis ex cibo & potu, agens, ſic de dulcibus loquitur: Dulcia, ſaccharata, mellita, hisque ſimilia uſu immodico per occultam acrimoniam dentibus inimica ſunt, pro vi ſua fermentante acidum generant, & quæ ex hoc profluunt mala, præterea ſolvunt, attenuant humores, horum minuta denſitate, & firmas partes relaxant, non uno hic nomine generi nervoſo infeſta, infantibus præſertim hypochondriacisque obſunt.

Potum aquoſum, tepidum, digeſtionem depravare, debile, laxum reddere corpus, magis irritabile, minimo ſtimulo plus juſto obediens, facile in motus convulſivos conjiciendum pathologica effectuum aquoſi potus conſideratio docet.

a) De hyſter. T. I.

b) Sepulch. T. II. L. III. Sect. 8. p. 125.

c) Cap. X. p. 72.

d) Inſtit. Pathol. p. 235.

Spirituoſa largiori, diuturniorique hauſtu ſumpta, ſtimulo ſuo ſollicitare, acrimonia rodere nervoſa ſtamina, obſervavit Cl. Frid. Hoffmann a).

Evacuationes immodicæ, intempeſtivæ per phlebotomiam, hæmorrhagias ſurſum deorſumque, ſalivationem, quibus & adnumerandæ evacuationes per emeſes & catarctica, quæ aliis omnibus ferme cauſis frequentius affectus hypochondriacos parere pronunciet Sydenham b), ex qua obſervatione morbi hujus fomitem non a materia, quæ ſic expelleretur, ſed ſpirituum vitio naſci ad oculum demonſtrat.

Venerem nimis excultam & ſpiritus diſſipando, & debile reddendo corpus, & convulſiones præcipitare frequens obſervatio eſt, quare ipſe magnus Boerhaave c) in hæc verba prorumpens, ait: Venus nimia facit laſſitudinem, debilitatem, immobilitatem, convulſionem, maciem, ſiccitatem, membranarum cerebri dolores, calores, ſenſuum, maxime viſus, hebetudinem, tabem dorſalem, fatuitatem, variosque his affines morbos.

Ulcera, aut fontanellas ſubito occluſas, morbos, puta, cephalæas, convulſiones, quas aper-

a) Libro citato.

b) L. cit. p. 265.

c) Inſtit. med. ætiol. §. 776. p. 389.

apertæ ſanant, reducere, excitare, quotidiana teſtatur experientia. Williſii a) enim obſervatio eſt, a fontanellis aut ulceribus vetuſtis ſine catharſi exſiccatis plures in affectiones convulſivas incidiſſe.

Hæmorrhoides ſuppreſſas, tempus conſuetum vomendi, purgandi, ſudandi neglectum, acrimoniam in corpore producendo, ſpaſmodicas procreare contractiones facile patet.

Retropulſa ſcabies, lues non radicaliter exſtirpata, reliquiis ſuis ſub alia morborum ſpecie in corpore ludens ſpaſmos hypochondriacos produxiſſe, author eſt Clar. Fracaſſini b).

A tumoribus nervos vellicantibus ubicunque ortis, a calculo renum moleſtiſſimas convulſiones excitatas, memorat Williſius c), & Mauriceau d).

Quietem, vitam ſedentariam, excitantem morbi hypochondriaci cauſam facere ex eo patet, quod viſceribus compreſſis, languente digeſtione, crudus chylus, pravus exinde ſanguis paratus, ſpirituum ſecretionem perturbet, influxum alteret, corpus debile, minimæ irritationi cedens red-

a) Cap. X. p. 249.

b) Libro citato.

c) L. c. p. 249.

d) De morb. mulier. p. 306.

dat: bene enim ait Lanciſius a), inter nobiles ac divites numerantur, qui nullo propemodum cum adoleverint exercitationum genere utentes, dies permutant cum noctibus, exinde fit, ut cum plus ingerant, quam concoquere, ſolvere ac diſſipare deſides poſſint, hypochondriacæ affectionis ſcaturigo fiant, cum venter capiti, & caput ventri, ſuas invicem affectiones communicent; denique virium languore, non propter ſuccorum inopiam, ſed ob inductam ab illorum acredine irritationem non raro corripiuntur. Idem Sydenhami b) obſervatum eſt, exercitatas laboribus, laboribus aſſuetas ſolum fæminas ab hyſterica paſſione liberas deprehendentis.

Animi pathemata machinam humanam immutant, deſtruunt, cerebrum, nervos, ſpiritus mirabiliter & efficaciſſime mutant, figunt, depravant, unde quæcunque convulſionum genera efficere & fovere pro ſua diverſitate, & duratione valent: perbene enim notat clariſſ. Sauvages c), principia convulſionum procatarctica ſunt diverſa animi pathemata, adeoque convulſiones hyſtericæ apud eas ſunt frequentiſſimæ, quarum anima pathematibus eſt ſemper exagitata: inde merito Gaubius d) dicit: Protractum aut rei amatæ deſiderium, aut ægritudo dependendæ, inquietudinem,

a) De Rom. Cœli qualit. Cap. XVII. §. 5. p. 84.

b) L. c. p. 486.

c) T. I. p. 521.

d) Inſtit. Pathol. p. 279.

nem, languorem, ἀνορεξιαν, tabem, ſtultitiam, melancholiam inducit. Enim vero univerſalis obſervatio eſt, omnem fere hypochondriacorum inſultum a graviori quodam animi affectu excitari; ſingulos hos enumerare, illuſtrare, proprium ſibi opus vindicaret, & Diſſertationis quam longiſſime excederet limites. Nimio gaudio, nervoſi ſyſtematis miras excitari perturbationes obſervavit inſignis practicus Hallejus a). Ira excandeſcentem inflatum modo, ac rubentem, modo cadaveris inſtar pallentem, toto contremiſcentem corpore cum videas, incipientes jam tunc convulſiones facili negotio deprehendes. Mœſtitiam, curas mordentes, nimium exagitando mentem, morbum hypochondriacum inducere, demonſtrat Ill. Liber Baro van Swieten b). Metus, palpitationes inſuperabiles, anxietates, animi deliquia, ſyncopem paſſionis hypochondriacæ frequentiora ſymptomata producere cum obſervetur, bene Lanciſius c) ſanationis impoſſibilitem ex eo in Aulicis deduxit: alternis nempe timoris, ſpeique, ait, pathematibus jactati ſtant, aut ambulant, cum ſedere aut decumbere conduceret, idcirco quoque nunc laſſitudine, nunc expletione, plerumque hypochondriaca paſſione detinentur. Subitus terror tremulum corpori inducit motum, palpitationes, convulſiones, epilepſiam graviſſimam vix curabilem.

a) Mead. monit. & præcept. med. p. 80.

b) Commert. §. 1093. p. p. 196.

c) L. c. Cap. XVII. §. 6. p. 86.

Odores varios pro ſpeciali cujusdam idioſyncraſia paroxysmum accelerare poſſe, frequens obſervatio eſt: fœtidis enim effluviis licet hypochondriacos paroxysmo liberatos quandoque deprehendas, in validiorem quoque eos incidiſſe paroxysmum invenies: uſus enim rerum odoratarum ſuaveolentium, ait clar. Tiſſot a), conſiderabiles poſt ſe relinquit ſequelas, partibus nervoſis continua irritatio, ut et multi iis ferendis coacti animi deliquiis ſubjiciantur.

CAPUT IV.

De curatione.

Pertractatis igitur abunde natura, differentiis, ſymptomatibus, cauſisque mali hypochondriaci, jam ordo ducit ad curationem hujus morbi. Ingens farrago habetur mediorum apud Authores contra hunc morbum laudatorum, ſed cum a diſtinctis adeo, imo ſæpe oppoſitis cauſis oriatur dirus hicce morbus, patet facile conſideranti, nullum univerſale remedium ad curandum hunc morbum aſſignari poſſe, ſed indagata prius cauſa determinari debere auxilium, quod cauſam hanc cognitam tollere vel enervare poſſit. Antea pluribus dictum fuit, quod morbi hypochondriaci cauſa duplex ſit, una proegumena ſive prædiſponens, alia excitans, quæ accedens facit morbi cauſam

a) Abhandlung von Krankheiten reicher und vornehmer Perſonen am Hofe.

ſam proximam, adeoque morbum ipſum producit. Cauſam prædiſponentem curare non poſſumus; irritabilitatem enim tollere non valemus, excitantes ſolum impedire, curare cauſas licet, ut his amotis irritabilitas ad juſtum moderamen & mediocritatem reducatur: hoc longioris temporis opus cum ſit, curam in paroxysmo aliam, quam extra eum fieri debere, ratio ſuadet.

In paroxysmo indicatio eſt ægrum excitare, ſi ſenſibus deſtitutus ſit, ſiſtere paroxysmum vel mitigare ſaltem, ſi mitior, ſi quæ adſint graviores affectiones.

Primæ ſatisfit indicationi, ſupine in lectum collocando ægrum, ligaturas ſolvendo omnes, adſtantium officia ſic diſponendo, ne, quod in terrore fieri ſolenne, confuſis operibus moleſta ſint potius, quam utilia: tunc rogetur ab adſtantibus, an res odoratas, & qualem harum ſpeciem ferre æger alias fuerit ſolitus, an fœtida, ut accenſæ plumæ, ungulæ, cornua animalium &c. econtra profuiſſe viſa ſint. Serio enim advertendum eſt monente Sydenham a), nonnullos idioſincraſia quadam ab antihyſtericis illis medicamentis, quæ plerisque huius morbi ſymptomatibus levamen afferunt & ſolátium, ita penitus abhorrere, ut non ſolum non juventur, ſed etiam inſigniter ab eorum uſu lædantur, in his itaque omnino ſunt omittenda, & invita Minerva nihil quidquam moliendum: idioſincraſia namque hæc adeo inſignis, &

 fre-

a) L. c. p. 271.

frequens eſt, quod reſpectu ad eam non habito in vitæ diſcrimen conjici ægri poſſint.

Si gratis odoribus refectum alias ægrum compertum ſit; primaria ſunto: Ambra gryſea, Moſchus, Camphora, Zibéthum, Succinum, Benzoë; horum præparata in uſum eſſe vocanda facili conjectura aſſequi poteris.

Quodſi fœtores ægri idioſincraſiæ magis accomodatos deprehendas, plumarum perdicum, corii, ungularum, alcis præcipue, ut equidem haud intelligibili ratione contendit Apollonius Machabeus a). Chartæ accenſæ vapor naribus admovendus: ⏜ ⊖ ✳, ⏜ C. C. R. Caſt. omnes ⊖ vol.: gummi ferulacea, quibus palmam facile præripit, Foreſto teſte b), aſa fœtida, inferiorem haud locum occupare quotidiana experientia confirmat. Aegyptiacas fæminas huic malo præcipue ſubjectas ⚴ tabaci naribus fortiter attracto ſe liberare, folia hujus plantæ ſecum portare & paroxysmo invadente abdomini applicare, ſicque ſanari, Itineratores referunt. Crurum frictiones ac ligaturas circa genua, amplas ſub utroque poplite poſitas cucurbitas ſiccas, aſperſiones etiam aquæ frigidisſimæ, clysmata leviter ſolum primo irritantia præſentaneo eſſe remedio, vult Montanus.

Si, quod ſæpe contingit, adeo gravi paroxysmo non ſuccumbat æger, & ore medicamenta

ta

a) De Alce Cap. X.

b) Pag. 676.

ta ſumere valeat, opiata, & antihyſterica ſecundum explere ſcopum facile poterunt. Etſi enim antihyſterica omnia cum laudano, quo jure neſcio, rejecerit clariſſ. Bome a), clariſſimorum tamen Virorum authoritas Frid. Hoffmanni b), præſertim & Tralles c) multiplici praxi innixa dictorum remediorum efficaciam determinat.

Graviores, quæ paroxyſmum comitantur, affectiones, vomitus præſertim, colica hypochondriaca, cardialgia, clavus hyſtericus, convulſiones, peculiarem cum mereantur attentionem, brevi ſaltem ut perſtringantur ſermone exigunt.

Vomitus moleſtus, paroxyſmi comes, a turgente in primiis viis materia excitatus diluentibus ſit ſufficiens, aut evacuante promovendus eſt; in initio enim, ſi ſiſtatur illico per opiata, convulſiones vehementes artuum, miras præcordiorum anxietates vomitu redeunte ſolum ceſſantes ſucceſſive vidit Hoffmannus d), maxima præterea doſi ab initio exhibitum opium nihil proficiens, factis evacuationibus doſi mediocri ſcopum attingere, teſtis eſt Sydenham e), qui multiplici experien-

a) p. 744.

b) L. c. p. 20. 24.

c) L. c. T. III. q. 117.

d) De uſu opii T. III. p. 50.

e) L. c. Sect. II. Cap. 6. p. 509.

rientia didicit, ægros laudano paullatim aſſuefactos non præmiſſis evacuationis ob malum denuo revertens, paregoricum iterum ingerere debuiſſe, idque quotidie annos aliquot continuos, doſi ſubin per gradus aucta ita, ut nullo jam modo abſtinere a laudano queant, licet omnes ab illo digeſtiones vitientur, & functiones naturales debilitentur. Quodſi autem valde vomitu debilitetur æger, laudano ſine mora propinata ſymptomatis magnitudo ac duratio non tantum exequenda, ſed & vindicanda eſt. Si enim vomitus contumax ſibi relinquatur, ſyſtemate nervoſo conſpirante ſummas cum convulſionibus anxietates poſſe induci, affirmat clar. Tralles a), qui frequentiori experientia verum deprehendit illud Sydenhami obſervatum. Vomitus opio, forma liquida dato, non obedientes, forma ſolida exhibito feliciter ſiſti, monendo ſimul ægrum, ut ab aſſumpto ſtatim laudano conquieſcat, ac caput præſertim, quantum fieri poteſt, immotum teneat, quando vel leviſſimus capitis motus præ ceteris omnibus vomitionem provocet.

Colica hypochondriaca leniſſimo clyſmate exacerbata nonniſi narcoticis deliniri poterit, niſi ſubjectum plethoricum, doloris attactum vel leviſſimum fugientis doloris continuitas, inflammationem denotans, apparatum generoſiſſimum petat antiphlogiſticum: opium hic morbum augere, accelerare debere mortem, ſuadet ratio, teſtatur clar.

a) L. cit. p. 276.

clar. Stahlius a). Dolor intolerabilis, color viridis, qui in materia per os & ſedem expulſa, cernitur, bilioſa ſub colica Medico ſi imponat, repetitas, quas pro indicatione ſua movebit evacuationes dolorem, vomitumque non ſolum non compeſcere, ſed irritare magis, obſervando didicit ſinceriſſimus Sydenham b). Temperamentum cognitum, lingua bona, animi affectus, evacuatio quædam prægreſſa ſpaſmos excitans, diſtinctiva ſuppeditare ſigna poterunt.

Cardialgia opio auſcultat, & ſcutis ſtomachicis, ſi nihil, quod aliam poſceret curam, materiei in primis latitare viis per ſua ſigna pateat.

Clavus hyſtericus balneis pedum, epithematibus repercutientibus cum opio, & fomentis frigidis, ſit, cl. Bome c), fides, palliatur.

Convulſio gravior, omnis paroxyſmi comes perpetuus antihyſtericis externis, internis, venæſectione quandoque mitiganda, ſopienda.

Laudatis hucusque remediis paroxyſmus ſufflaminatus ſi fuerit, & gravia, quæ aderant ſymptomata mitigata, aut plane deleta, alia nunc extra paroxyſmum cura, duplici indicatione incluſa, opus eſt; cauſam excitantem expiſcari, tollere, primum eſt, quo facto ſyſtema nervoſum roborare, moderari irritabilitatem erit facile.

Pri-

a) pag. 52.

b) Diſſ. de impoſtur. opii §. 26.

c) pag. 279.

Primum ut fiat, corporis diſpoſitio ſedulo perquirenda. Plethoricum ſi deprehendas ſubjectum, diætæ vinoſæ, lautæ, vitæ ſedentariæ aſſuetum, morbis alias inflammatoriis exagitatum, ſuppreſſam quamdam ſolitam alias evacuationem quærens, excitantem te deprehendiſſe cauſam lætus confidas; V. S. hic etiam repetita, omnia antiphlogiſtica, diæta parcior, vegetabilis, antihypochondriaca remedia ſunt: ad ſpaſmorum enim & convulſionum vehementiam in ſanguine abundantibus ſubjectis feliciter minuendam efficacius V. S. etiam repetita remedium non invenit Frid. Hoffmannus a), ſemper autem, quæ equidem Sydenhami praxis eſt, a V. S. curam inchoare ei, quam ipſe aſſumit theoriæ, non practicis inniti obſervationibus ſerior experientia detexit.

Non raro viros invenire eſt, qui parum plus onerantes ventriculum, paroxyſmos ſibi accelerant, aut nimia voracitate crudorum, aut bilioſo adparatu primas vias opprimendo, ceterum ſani, hypochondriacis dictis affectionibus excruciantur: parcior hic diæta per gradus ad tenuiorem victum deſcendendo, ſolventia, evacuanria, antibilioſa, tam *ανω* quam *κατω* pro turgentis materiei loco, & indole varia ſpaſmos ſolvunt, irritabilitatem minuunt, & antihyſtericorum nomen merentur.

Debiles quandoque ex nativa conſtitutione, laxa donati fibra hypochondriaci ſæpe occurrunt, leviſſima e cauſa in ſummos motus conjiciendi humo-

a) T. IV. P. III. p. 169.

moribus aut deficientibus, aut latente quodam viru infectis: nutrire hic, demulcere, acrimoniæ ſpecificis reſiſtere, roborare poſtea corpus vino, amaris, cortice, ſcopus eſt. Diætam lacteam in temperamento tali, tenui jure extollit Sydenham a), qui mulieres vidit affectionibus hyſtericis diu conflictatas, quæ omnes Medicorum conatus ſpreverant, eluſerantque, tandem lacte ſolo aliquamdiu veſcentes convaluiſſe.

Cacochymicis, paſtaceo, leucophlegmatico corporis habitu præditis hypochondriacis perbene conducunt purgantia amara, aloetica; gummiferulacea, ſerius amara, corroborantia.

Stricti temperamenti viros vitæ ſedentariæ deditos, ſpasmoticis motibus exagitatos, molli victu, clysmatibus, frictionibus ſiccis, balneationibus, percurabis: ſcribit enim Sanctorius b), hypochondriaci, ſi frequentius balneis eorum corpora reddantur perſpirabilia, & victo humido utantur, ſani fiunt. Ipſe Celſus c) in affectione hypochondriaca laudat uſum aquæ frigidæ, & balnea calida. Frid. Hoffmannus d), balneis calidis citiſſimam & feliciſſimam in affectione hypochondriaca curationem obtineri confirmat.

In

a) L. c. p. 273.

b) Aphor. 102. Sect. I.

c) De Mead. L. I. c. I.

d) L. c. Tom. IV. Part. III. Sect. I. Cap. 6.

In ſtrictis certe ſolum hypochondriacorum corporis feliciſſimas balneorum uſu curas inſtituere clar. Baume a), Rob. Whytts b).

Si febris intermittentis ſub larva hypochondriaca accedant ſymptomata, in cortice & opiatis ſalutem querendam eſſe, monet Ill. Liber Baro de Störk c) dum ſcribit: opium tollit febres mere nervoſas, quales hypochondriaci quoque habent. Si his ægris laudano liquido hora ante paroxysmum ſomnus inducatur, dolores ſopiuntur, & poſt ſomnum tales ægrotantes alacres ſunt, omnia mala ſymptomata evaneſcunt, neque revertitur febris, viribusque conſtant, remediis antihyſtericis ſedulo poſthac exhibitis, omnis recidiva præcaveri poteſt.

Sed & tales dantur hypochondriaci, qui ſaniſſimo cum corpore ſpasmis ex leviſſima cauſa ſunt obnoxii: his ſolis antihypochondriaca, fœtida, ſuaveolentia, pro idioſincraſiæ diverſitate, gummiferulacea, grati ſubſtantiarum ſingularium vapores, ⌒ ⊖alc. vol. cum emolumento cum certiſſima curationis ſpe poſſe exhiberi, felix praxis demonſtrat. Illuſtriſſimus Liber Baro de Störk d) in cardialgia, palpitatione cordis, colica hypochondriaca, nulla præſente alia excitante cauſa ſe

a) L. c.

b) De morb. nervor.

c) Ann. Med. I. p. 78.

d) Præcept. med. pract. Tom. I. p. 184. 190. 202.

ſequens laudat remedium: ℞. aqu. rut. unc. jv. Syr. menth. unc. j. Tinct. caſt. gutt. xx. Laud. liquid. Sydenh. gutt. xv. Miſc. detur vitro. ℞. Aqu. rut. unc. vjii. Syrup. menth. unc. j. & ſem. Spir. ſal. ammon. aniſ. gutt. xx. Laud. liq. gutt. xv. M. Sumat omni media hora unum cochleare.

Sublatis ſic cauſis excitantibus variis corpus roborare, ut moderetur irritabilitas, ſupereſt. Motus hic principem tenet locum, corporis inde nervos corroborari teſtantur omnes, qui laboribus ac corporis motu exercitati, vivacitate, & robore illos, qui vitam ducunt ſedentariam, quam longiſſime præcellunt. Geſtatio in curru, equitatio iis maxime convenit, qui ob corporis debilitatem pedibus incedere nequeunt. Nobilem hypochondriacum pene deſperatum ſola equitatione ſuper aſinum in aëre ruſticano ſanavit Baglivius a). Alium hypochondriaca affectione per annos laborantem, atque ipſa diarrhæa colliquativa correptum, omnis generis medicamentis fruſtraneæ exhibitis, ſola equitatione longiori ſenſim tempore protracta, diæta interim ſolita conceſſa, ſine ullius remedii adminiculo perfecte reſtituit Sydenham b). Vir illuſtris Pater ipſe meus ſumma reverentia mihi æternum colendus, paſſione hac aliquantum afflictus, commotione, ambulando, vel equitando inſtituta, inſigniter levari ſolet. Civem Priborienſem amicum & cognatum meum, temperiei melancholicæ virum, cogitabundum, moroſum, oppreſſio præcordiorum, ponderis gravantis ſenſatione circa hypo-

a) Praxis med. p. 169.

b) L. cit. p. 275.

pochondria, cordis palpitatione, aliisque ſymptomatibus affectum, univerſim hypochondriacum ſumpto purgante rhabarbarino, ſicque a ſaburra, quam ſæpe contrahere ſolet, liberato ventriculo, hauſtis ſubin ſpeciebus ſolventibus inſtar Thée, motuque ad initia leniſſimi ſudoris protracto, notabile ſymptomatum percipere levamen ipſe teſtis ſum.

In laudanda frictione totius corporis pannis laneis fumo aromatico imbutis, jejuno ventriculo, ad levem usque ruborem facienda tantus merito eſt Bœrhaave a).

Balnea frigida, ubi ſyſtema nervoſum roborandum eſt, ſummopere convenire, oſtendit Clar. Tiſſot b); ſeptentrio balneis frigidis, & rigoribus plus aſſueta pauciores nervorum morbos, quam meridies numerat.

Laxis ex nativa conſtitutione corporibus, irregulari quam maxime vitæ genere plus adhuc debilitatis incolis, ſapienti conſilio noſtra in urbe balnea frigida currentis aquæ commodiſſima adaptavit expertiſſimus Ferro.

Interna inter remedia ferrum primo laudatur in ſubſtantia præſertim propinatum, aut extract. Mart. Pomat. ubi fibra laxa, calor nullus, humo-

a) Conſult. med.

b) Abhandlung von Krankheiten reicher und vornehmer Perſonen an Höfen.

morum aquoſitas, ructus acidi uſus mirabilis: nocet autem ubi vaſa rigida, fortia, robuſta, pulſus fortis, celer, calor, æſtus, diſpoſitio ad phlogoſim, plethora, obſtructiones, rigiditati aut inflammatorio ſanguini originem ſuam debentes, adſunt: ubi concretiones calculoſæ, ſcirrhi, ſtrumæ, cruditas, ructus obſervantur: in ulceratis, cancroſis, victu alcaleſcente, carneo utentibus, contraindicari natura ferri docet.

Corticis peruviani vires roborantes, nervis confortandis, invigorandisque amiciſſimas debito encomio extollit Sydenham a) & Tiſſot b).

Vinum, amara, ſtomachica, varia pro ægri genio forma præſcripta priora ſequi remedia facile quis conceſſerit.

Morbus hic per ſua ſigna deſcriptus, indicatiſſimis licet tractatus remediis, triſti tamen plerumque notatur prognoſi: ægrorum enim inconſtantia, brevi tempore ex dato quodam remedio levamen notabile ſperantium, ſi ſpe excidant, ſuum remedium, quod diuturno ſolum juvat uſu, tanquam inutile rejiciunt, atque Medicum (qui cunctando perditas ægri res inſtituere ſapienti conſilio tentat) cum altero quodam celeriorem promittente curam commutant: quem, ubi verbis quam re feliciorem deprehendunt, abjecta ſanationis ſpe remedia omnia deſperabundi rejiciunt,

a) L. c. p. 273.

b) De epilepſ.

Sed & ipſos Medicos ſingulis plus ſymptomatibus, atque irritabilitatis deæ inhærentes, his ſuccurrere, hanc immunire, dum adlaborant; cauſæ excitantis (quæ expiſcatu ſæpe difficilis) incurios, obſtaculum ſæpe curæ ponere, quin & morbum (qui hac ratione majora incrementa conſtanter capit) medelæ denique reddere incapacem, frequenter nimium deprehendes: accedit ægrorum moroſitas, qui ubi notabile quoddam ex dato quodam remedio levamen percipiunt, leviora ſymptomata tanquam longitudinis curæ pertæſi, ſanitatem ſe recuperaſſe gloriantur, remedia ulteriora rejiciunt, usque dum auctis de novo viribus morbus gravior redeuns difficulter curabilis evadit, patet hinc etiam quam male agant ægri, qui in principio ſtatim uti remediis nolint hæc tanquam levia ſpernentes ſymptomata, conſilio medici non obtemperent.

IX.

JOANN. BAPTIST. REITTER

STYRI PETTOVIENSIS

DISSERTATIO

DE

HÆMORRHOIDIBUS.

§. I.

Ea ſanguinis rubri evacuatio, quæ de apertis in inteſtino recto vaſis altius, profundiusve hærentibus profluere ſolet, hæmorrhoidum nomine venit.

§. II.

Quarum ut habeatur idea exactior, juvat anatomicam vaſorum horum dare deſcriptionem. Duplicem autem hæc fontem agnoſcunt, ſyſtema nimirum venæ portarum, & hypogaſtricum: quare etiam in in- & externas venas hæmorrhoidales dividuntur. Interna, etiam meſenterica minor di-

 cta,

cta, ſtatim ad initium venæ ſplenicæ oritur, & vix enata ad inteſtinum duodenum ramum emittit, tum in duos præcipue ramos diſſilit, quorum ſuperior partem ſuperiorem inteſtini coli ſub ventriculo ſitam petit, inferior ſecundum inteſtinum rectum ad anum usque deſcendit, ſub quo itinere ad meſocolon & meſorectum multi excurrunt rami, arcus varios formantes, ex quibus magna copia ramulorum canalem inteſtinalem ambientium propullulat. Externa vero ab hypogaſtrica interna orta, emiſſis variis ramis, per inciſuram iſchiadicam emergit, & in ramos ſuperiores ac inferiores diſſilit; qui omnes partim ad anum, partim ad partes genitales feruntur.

§. III.

Venæ hæ ſanguinem ſuum ſugunt ex arteriis ſic dictis hæmorrhoidalibus, quæ æque in in- & externas dividuntur. Interna ab arteria meſaraica inferiori oritur, atque infra arterias ſpermaticas ex parte anteriori aortæ deſcendentis in tres ramos abit. Superior ad inteſtinum colon tendit, jungitur colicæ dextræ, & colica ſiniſtra audit. Medius in inteſtino colo diſpergitur. Tertius demum ramus ſecundum longitudinem inteſtini recti, inferiora verſus proſerpit, in cujus parte inferiori diſpergitur, communicatque cum arteriis hypogaſtricis. Externa ex ramo poſteriori pudendæ, quæ propago arteriæ hypogaſtricæ eſt, originem ſuam trahit, per inciſuram iſchiadicam emergit, retro ſpinam iſchii inter ligamentum iſchioſacrum, & coccygem inferiora verſus ac interne ad muſculum erectorem penis tendit, ubi in varios denuo ramos

moſ ſecedit, quorum alii per ſphincterem ani divagantur, alii in ſubſtantia ſpongioſa urethræ & corporibus cavernoſis penis finiuntur.

§. IV.

Si igitur hæc vaſa ſanguinem promant, hæmorrhoides dici ſolent, atque hinc deduci poteſt, quare modo potius proſiliat ſanguis floridus immediate fere ex arteria venoſo vix admiſtus, modo ex apertura exeat niger ac pæne piceus.

§. V.

An vero ſanguis ex ſolis venis, annon ex arteriis quoque nonnunquam profluit? Ut plurimum quidem venæ ſanguinem fundunt, interim tamen nil vetat, quo minus ex arteriis quoque proſiliat: etenim arteriolæ vaporem arterioſum exhalantes per anaſtomoſim, diapetheſim, diæreſim, diabroſim, ſanguinem plorare poſſunt, aut ſi venis minime turgentibus hirudines applicantur, annon hæ arterias æque ac venas ſauciare poſſunt?

§. VI.

An fluxus hic ſanguinis non morboſus, quemadmodum nonnullis placuit, conamen ſalutare naturæ illum dicentibus? At vero certum eſt, ſtatum hunc eſſe præternaturalem, adeoque morbo-

 ſum.

ſum. Sic Ettmüller a) dicit: „ Quo demum cunque modo accidunt hæmorrhoidales affectus, naturaliter, nemini contingunt, adeoque eorum affectus ſemper præſupponunt ſtatum præternaturalem. " Item Sennert b): „ Hæmorrhoides autem, inquit, pertinent ad morbos magnitudinis auctæ „ cum ſymptomata in genere excretorum toto genere ſint præter naturam, neque enim omnium „ hominum eſt ex his venis ſanguinem effundere, „ ſed quorumdam, & quamquam, cum moderate „ fluunt, utiles ſunt, & a multis morbis præſervant, tamen humor, qui ad excretionem naturalem ſtimulat, naturali modo ſe non habet; „ neque unquam ſanguis, niſi in feminis, ſecundum naturam excernitur. " Neque obeſt has ſæpe ſalutari naturæ conamine oriri, quis, quæſo diarrhæam, vomitum non morbum eſſe dixerit, quæ tamen ſæpiſſime ſalutari naturæ conamine excitantur? Febris quæcunque ſæpe ſalutaris, an ideo non morbus? Ipſa febris putrida obſervante Cl. Max. Stoll, Profeſſore mihi in æternum venerando luem veneream adverſus optima quæque rebellem, curavit, quis vero hunc morbum eſſe negabit, ſæpe ipſi morbi alios curant morboſos affectus. Accedit, quod ſemper ſuas habeant moleſtias, atque tædioſiſſimorum malorum, quin & mortis cauſa ſint, ut adeo optimo jure morborum catalogo adjiciendæ ſint hæmorrhoides.

§. VII.

a) T. II. §. I. p. 144.

b) T. IV. p. 472.

§. VII.

An fluxus hic idem eſt in maribus, qui menſtruus in feminis? At præcedenti §. dictum eſt ſtatum hunc eſſe præternaturalem morboſum, ut vel inde falſitas hujus aſſerti pateat. Vel dicant, qui ſententiam hanc defendere conantur, cur non omnes? Cur nonnulli tantum? Cur feminæ quoque eodem hoc fluxu infeſtantur? Neque ullam video neceſſitatem, aut finem, qui haberetur in viris. Patet ex ánatomicis, arterias uterinas venis ſuis eſſe majores & debiliores; atque hinc venas non poſſe eandem ſanguinis copiam recipere, quæ per arterias advehitur, hinc vel debebit accumulari, vel in alios uſus adſumi: quamdiu femina tempus pubertatis necdum attigit, ſuperfluus hic ſanguis continuo ad evolutionem partium genitalium impenditur, hacque ratione accumulatio illius impeditur, quare nulla aut rariſſima ante pubertatem menſtrua, ubi vero partes hæ ad perfectam evolutionem jam pervenerunt, jam non amplius ſanguis in hos uſus impenditur, hinc accumuletur, plethoraque topica oriatur neceſſe eſt; ſanguis hic autem accumulatus, cum a tergo alius continuo urget, vaſa aliqüin debilia continuo magis atque magis extendit, minora ſeroſa tranat, donec ultima quoqüe oſcula in carum uteri hiantia penetret, atque tranſſudet; quin male ſane natura propagationi generis humani conſuluiſſet, niſi periodico hoc fluxu vaſa continuo humectaret, & explicabilia redderet, quo conceptione peracta, parata ſit opportunitas ſanguini majori tum copia ad fœtum transmittendo. Quid autem horum in maribus? An vero fluxus hic hæmorrhoidalis, ſi in feminis contingit, erroneus eſt

menſtrui loco? Id quidem perſæpe contingit, ſunt tamen nihilominus obſervata certiſſima fluxus hæmorrhoidalis periodici, ubi menſtrua quoque regulariter fluerent. Teſte Frid. Hoffmanno a).

§. VIII.

Sed miſſis his, ad variam hæmorrhoidum diviſionem accedamus, & quidem omnium primo dividuntur in fluentes, ſi nimirum ſanguis ipſe profluit, & cæcas, ſi vaſa in varices extenduntur, quod ſi fit in inteſtino recto exterius, externæ vocantur, ſi interius, internæ. Nonnunquam vero ſanguinis loco, ſerum, mucus, pus profluit, & tunc albæ, mucoſæ, ſeroſæ, purulentæ audiunt. In nonnullis periodice omni menſe, vere, autumno recurrunt, in nonnullis prima tantum vice obſervantur, hæ recentes, illæ inveteratæ dicuntur, quæ ſi certum obſervant typum, regulares, ſi minus, irregulares, erraticæ, vagæ, appellantur. Variant quoque varia ſanguinis profluentis copia, atque hinc moderatæ, parcæ, nimiæ. Modo ſolæ morbum efficiunt, & protopathicæ ſalutantur, modo alium morbum ſequuntur, deuteropathicæ dictæ. Si hæmorrhoides intumeſcentes aut ſolvunt, aut mitigant, ſymptomata criticæ vocari ſolent, contra ſymptomaticæ. In aliis cum febri valida oriuntur, in aliis nulla aut vix ulla obſervatur, quare denuo in febriles & non febriles abeunt. Variant denique conditione, unde inflammatoriæ, ſuppu-

a) Sect. II. Cap. VIII. p. 464.

puratoriæ, gangrænoſæ, flaccidæ, grumoſæ, fiſtuloſæ &c.

§. IX.

Viſis illarum differentiis in cauſas quoque inquiramus, quarum proxima eſt accumulatio ſanguinis in vaſis hæmorrhoidalibus, quidquid autem hanc inducere poteſt, ad cauſas remotas referendum, quæ licet multæ, variæque ſunt, ad ſequentes tamen claſſes reduci poſſunt:

I. Salutare naturæ conamen, quo, arheus ille Helmontii, ſeſe aut ſuperfluo ſanguine exonerare, aut incraſſamentum ſanguinis, fæcem inquam atrabilariam, expellere conatur. Huc reduci poteſt plethora tam univerſalis, quam topica, præprimis vero a menſtruis, lochiis, hæmorrhagiis narium ſuppreſſis, venæſectionibus conſuetis neglectis, aliisve evacuationibus imminutis, impeditis, ſuppreſſis, ab obſtructionibus viſcerum abdominalium tam chronicis quam acutis, præcipue vero hepatis, ubi vena portarum ſeſe exonerare non valens, adeoque etiam venæ hæmorrhoidales ſanguine infarciuntur. Ad hanc quoque claſſem, ſalutare nimirum naturæ conamen; referenda ſunt ulcera antiqua cacochymiam eliminare ſolita, ſi eadem aut imminuntur, aut ſupprimuntur. Huc quoque referendus eſt illæ naturæ niſus in morbis acutis, quo materiam morbi coctam per has vias eliminare conatur.

II.

II. Altera cauſarum claſſis complectitur omnem venarum hæmorrhoidalium compreſſionem, qua refluxus ſanguinis alioquin ſegnis intercipitur, aut impeditur, ſive ea ſit in- ſive externa. Ad hanc pertinet uterus gravidus, ultimis graviditatis præcipue temporibus, inteſtinum rectum, vaſaque hæmorrhoidalia comprimens, partus difficilis, laborioſus, incuneatio uteri, fæces duræ, exſuccæ, in ſegniori ventre diutius accumulatæ, & inteſtinum rectum in ſacrum extendentes, venasque comprimentes, diæta ſiccá, ex indigeſtibilius, farinoſis non fermentatis, calculus veſicæ, conſuetudo latrinis diutius inſidendi, vel vero fæces retinendi, frequens inteſtini recti & aliquantiſper perdurans prolapſus.

III. Tertiam conſtituit omnis irritatio, frictio, eroſio, debilitatio, contuſio inteſtini recti, quæ fit equitatione, vectione ſupra ſtrata viarum frequenti clyſmatum, hirudinum, ſuppoſitoriorum, præcipue acrium, adplicatione. Abuſus quoque veneris præprimis a parte poſteriori huc pertinet. Huc quoque reduci poteſt teneſmus, dyſenteria ſæpe admota hirudine curetur. Huc quoque pertinet ſeſſio ſuper mollibus præcipue & calefacientibus ſeſſilibus, morbi veſicæ urinariæ, vaginæ uteri varii, acrimonia ſanguinis quæcunque, quæ rodendo profluvium creat, inflammatio inteſtini recti &c. an etiam aſcarides?

IV. Ad quårtam revocantur alimenta medicamentaque varia acria, åromatica, ſtimulantia, draſtica, ſalina, potus copioſus recentis, & generoſi vini, Caffée, ſpirituum ardentium, præcipue aroma-

maticorum. Sunt quoque, quæ vi propria atque ſpecifica in hæmorrhoides agere videntur, ut ſunt aloë, myrrha, allium, piper, colocynthis, helleborus niger &c.

V. Ultimo demum loco commemoranda venit diſpoſitio hæreditaria. Rariora quidem ſunt exempla fluxus hæmorrhoidalis per diſpoſitionem hæreditariam infeſtantis, exſtant tamen obſervata ab authoribus fide digniſſimis. Sic Frider. Hoffmann a) meminit hominis triginta annorum, qui per quindecim & ultra annos ſingulis fere menſibus fluxum ſanguinis hæmorrhoidalem expertus eſt, ad quem tota ejus familia diſpoſita erat, tam pater, quam mater, & ſorores, in quibus circa annum decimum quartum, aut tertium menſibus licet rite fluentibus, idem fluxus obſervatus eſt. Notandum tamen eſt, tubercula hæmorrhoidalia, ſi in infantibus obſervantur, rariſſime ex diſpoſitione hæreditaria oriri, ſed plerumque deberi acrioribus ſuppoſitoriis, aut rudiori clyſmatum adplicationi.

§. X.

Abſolutis cauſis, ſymptomata in hæmorrhoidariis obſervanda videamus. Sunt autem præcipua: dolor capitis, vertigo, rigor, dolor tenſivus ad nucham, qui per totam ſpinam dorſi usque ad os ſacrum proſerpit, interdum verſus verticem & tempora excurrit, motumque capitis difficilem, & valde

a) Sectio II. Cap. VIII. p. 464.

de dolentem facit. Reſpiratio difficilis, palpitatio cordis, anxietas præcordiorum, moleſtæ tenſiones hypochondriorum, ſingularis circa coſtas ſpurias ad lumbos usque ſenſus, quaſi fune conſtringerentur. Vomituritio, vomitus bilioſi, æruginoſi, quos, cave, ſaburrales habeas, utpote mere ſpaſmodicos, qualis in quovis viſcere abdominali inflammato, dolores colici vehementes, borborygmi, introtractio ventris, quandoque inflatio ejus tympanitica. Alvus moroſa, teneſmoidea, dolorifica, non niſi enemate ſollicitanda, ſubinde ani ſphincter adeo conſtringitur, ut ne tenuis quidem cannula adigi poſſit, ſubinde contra diarrhœica, qua mucus copioſus ſecedit, ardor in inteſtino recto. Urina flammea, non raro ejus ſuppreſſio, interdum, ſi dolores colici vehementes, tenuis, cruda, aquoſa. Noctes inquietæ, terrificis inſomniis turbatæ. In irritabilioribus convulſiones, ſubſultus tendinum obſervantur. Horripilationes, calores vagi per vices recurrentes, febris acuta continua. Pulſus plenus, durus, celer, nonnunquam intermittens, dicrotus. Cuncta hæc ſymptomata aut remittunt, aut penitus diſparent, ſi hæmorrhoides fluere incipiunt, vel tubercula variæ magnitudinis & figuræ circa anum, mollia tamen, comparent. Non autem ſemper benignam adeo experiuntur naturam, ſed febris augetur, tubercula inflammantur, profunde livent, ingentes oriuntur dolores, teneſmi, tormina, colica vehemens, vertigines, membrorum ſtupor, anxietates tantæ, ut inanimi deliquium incidant. Teſte Ill. Præſ. L. B. de Störk a).

Quan-

a) Ann. med. T. II. p. 151.

Quandoque malo omine tubercula hæc gangræneſcunt, accedunt deliria, alvus copioſa fœtidiſſima ichoroſa, facies hypocratica, mors. In nonnullis dolores hi ad veſicam urinariam excurrunt, hæmaturiam, dyſuriam, iſchuriamque inducunt. Oriri hæc mala veſicæ duplici ex fonte poſſunt, tum a conſenſu nervorum, quos cum inteſtino recto communes habet, tum etiam a communicatione vaſorum ſanguiferorum: habet enim veſica urinaria vaſa ſua ab arteriis & venis hypogaſtricis, unde arteriæ & venæ hæmorrhoidales externæ, quibus infartis & illa tubercula elevari poſſunt, quod nuper admodum in Noſocomio practico monente Cl. Profeſſ. Maximil. Stoll videre mihi contingit. Idem quoque obſervavit Cl. Frid. Hoffmann a). Difficillime ſæpe ſunt diagnoſeos, & male cum gonorrhœa confunduntur; adeſt enim perſæpe ſtillicidium muci, cum glandulæ Cowperianæ ſollicitatæ copioſiorem mucum fundant, intumeſcit ſcrotum, mictus fit difficilis, interdum plenaria ejus ſuppreſſio, quin & tubercula circa anum comparentia, inexpertis pro condylomatibus imponunt. Triſte tale exemplum refert Ill. Præſ. L. B. de Störk b): „ Vidi, inquit, his in circumſtantiis ſpi-„ ritu therebintinæ urinam magis fuiſſe retentam, „ intumuiſſe ventrem, ortum eſſe enormem in pel-„ vi dolorem, & ægrum die tertio poſt multas an-„ xietates, & crudelas mingendi ac alvum depo-„ nendi conatus, obiiſſe. Totum inteſtinum rectum „ & pars veſicæ urinariæ huic adjacens erat in-

„ flam-

a) Sectio II. T. IV. p. 135.

b) Ann. med. T. II. p. 154.

„ flammata, aut gangrænoſa. „ Videtur ſane dyſuria hæc a propagata inflammatione verſus veſicam urinariam, vaſa ejus quoque infarciente, & hæmorrhoides veſicæ excitante, orta fuiſſe, quas ſtimulans hocce remedium balſamicum mirum quantum exaſperavit. Quare in harum diagnoſi ſumma cautela eſt adhibenda, cum male tractatæ ſemper peſſimum ſortiantur eventum, & ſæpe ulcera veſicæ, incontinentiam urinæ, aliaque mala a ſe relinquant.

§. XI.

Enarratis potioribus ſymptomatibus, juvat quoque diverſos illarum exitus recenſere. Terminantur autem vel in ſalutem, vel mortem, vel alios morbos.

§. XII.

In ſalutem abit duplici ratione, aut ſolvendo plethoram, ſive ea ſit topica, ſive univerſalis, aut eliminando cacochymiam atrabiliariam. Etenim quemadmodum omnes reliquæ ſanguinis evacuationes mala a plethora oriunda avertere, curare, prævertere poſſunt, ita quoque hæmorrhoides, eliminando nimirum ſuperfluam ſanguinis copiam, vel ad partes inferiores revellendo, quare eximii adeo uſus ſunt in morbis capitis. Hinc ſummis laudibus eas effert immort. Bœrhaav. a) in apoplexia. Etenim nimia ſanguinis copia diſten-

a) Aph. de cogn. & cur. morb. 1017.

ſtendendo vaſa encephali apoplexiam inducit, adeoque omnia, quæ ſanguinis aut copiam, aut impulſum ad mollem cerebri pulpam minuunt, eidem quoque medebuntur, præcipue veræ hæmorrhoides, cum non modo humorum copia imminuatur, ſed validiſſima etiam ad partes inferiores fiat revulſio, ſanguine per hæc vaſa hæmorrhoidalia oppoſita directione moto. Jam Hippocr. a) has in apoplecticis laudavit dicens: „ Quæ apoplecticis „ veniunt hæmorrhoides, ſalutares. „ Ill. L. B. van Swieten b) dicit, quotidiana docet experientia, quod illi, quibus conſueta eſt per hanc viam ſanguinis evacuatio, varios morbos capitis patiantur, cephalalgiam, vertiginem, tinnitus aurium, ſi minus ceſſerit hæmorrhoidum fluxus. Neque vulgaris illarum uſus eſt in morbis pectoris, licet non adeo frequenter contingant, imminuendo videlicet plethoram, & humorum motum ad partes inferiores revellendo. Quare etiam merito ab Illuſt. Bœrhaav. c) in pleuritide laudantur. Hippocrates d) quoque, „ qui hæmorrhoidibus, inquit, laborant, neque pleuritide, neque peripneum. &c. corripiuntur. „ Quin & phthyſicis ſalutares pronunciat, dicens e): „ Quæ phthyſicis accidit ſputorum ſuppreſſio, dementiam „ nugacem infert, his ſpes eſt aperturæ hæmor- „ rhoi-

a) Coac. No. 478.

b) Comm. in aph. Bœrh. T. III. p. 285.

c) Aph. de cogn. & cur. morb. §. 888.

d) Lib. VI. epid. Sect. III. text. 23.

e) Coac. No. 437.

„ rhoidum. „ Galen a) teſtatur ſe vidiſſe multos a ſuppreſſis hæmorrhoidibus pleuritide correptos fuiſſe. Sputum ſanguinis, Duretus b) a ſuppreſſa hæmorrhagia narium; admota hirudine curatum memorat, ex quibus concludi poteſt, multum boni in morbis quoque pectoris a fluxu hæmorrhoidali ſperari poſſe.

Quantum autem in affectionibus viſcerum abdominalium valeant, vel ex eo concludi poteſt, quod omnia fere eorum vaſa communicent cum vaſis hæmorrhoidalibus, omnis autem evacuatio, quæ pone locum affectum fit, reliquis cunctis præferenda eſt; hinc adeo ſalutares ſunt in infarctu quocunque, ſive acuto, ſive chronico viſcerum abdominalium præcipue vero hepatis, eodem ex fonte. Celeb. Bœrhaav. c) in nephritide initio morbi large fluentes laudavit, derivatur enim impetus ſanguinis a renibus, minuitur reſiſtentia, adeoque per cœliacam & meſentericam utramque majori copia tranſibit ſanguis. Hippocrat. d) ipſe ſalutares in nephritide deprehendit, dicens: „ Melancholicis & nephriticis ſuccedentes hæmorrhoides bonæ. „ Sed & alio ex fonte in morbis viſcerum abdominalium proſunt, eliminando nimirum materiam melancholicam atrabilariam. Notum eſt, quam multa & quam terrifica hæc ſanguinis fæx excitet ſymptomata, ſi acris facta vel ad

a) Comm. III. in lib. ſup. de alim. Chart. T. VI. p. 271.

b) In Coac. Hipp. p. 289.

c) Aph. de cogn. & cur. morb. §. 996.

d) Aph. XI. Sect. VI. Ch. T. IX. p. 271.

ad ventriculum, vel pulmones, vel encephalon deferatur, unde vomitus cruentus, hæmoptoë peripnevm. peſſima apoplexia, mania &c. oriuntur, quod ſi igitur bonitate naturæ & morbi in venis artuum inferiorum decumbit, & per hæmorrhoides ſubducitur, an non plurima mala avertuntur? Hinc ſummus illarum uſus in melancholicis, maniacis, duplici quidem ex fonte, eliminando nimirum atram bilem, impetumque humorum verſus encephalon derivando id, quod magni ſane momenti eſt ad mitigandum delirium. Quare etiam Hippocr. a) „maniacis, inquit, ſi varices aut „ hæmorrhoides ceſſerint, maniæ ſolutio. „ At vero notandum eſt, non ſemper in melancholicis, maniacis ſalutares eſſe. Malo ſane conſilio & ſummo ægrorum damno cientur in his, qui melancholici ſunt ſine materia, quin & male interdum urgentur in iis cum materia, dum non ſanguis ille piceus, qui ſors morbi cauſa eſt, ſed is, qui ex iliacorum propaginibus fluidior venit, prolicitur, quo fit, ut materia atrabilaria eo magis inſpiſſetur, figatur, atque æger multo debilior, mæſtior, magisque atrabilarius reddatur. Quare male agunt, qui ubique fluxum hæmorrhoidalem, ſæpe quidem adeo ſalutarem promovere conantur. Hinc præclare monet Galenus b) dicens: „ Scire tamen „ convenit, non ſemper boni conſulendum eſſe, „ ut ſanguis per partes inferiores ex hæmorrhoide „ effluat, ſed tunc denique, cum nigra excernun„ tur; & hominis natura multum humoris hujus-

 modi

a) Aph. 27. Sect. VI. Ch. T. IX.

b) Comment. L. de hæmorrh. Tom. XXVI. Ch. Tom. VIII. p. 576.

modi accumulat. Salutariter quoque fiuunt, quibus ulcera antiqua cacochymiam evacuare ſolita clauduntur. Scimus peſſima ſæpe inde proficiſci mala, & vix ſanabilia, ubi igitur, natura illam materiam per has vias, hæmorrhoides inquam, eliminare conatur, ſalutare hoc naturæ conamen omnino non erit ſupprimendum, quin potius promovendum.

§. XIII.

In mortem terminantur, dum tubercula inflammata ſunt, & humores tam acres, ut benigne jam non amplius reſolvi queant, ſed in gangrænam abeant, quæ, ni potenter & heroicis medicamentis ei prævertatur, citiſſime proſerpit, lethumque infert. Sed & alia ratione necare ſolent, dum nimirum nimiam ſanguinis copiam fundunt, unde inducta κενεαγγεια animi deliquia, mors, quemadmodum in aliis hæmorrhagiis nimiis accidere ſolet.

§. XIV.

In alios denique morbos tendunt vel mala degeneratione, vel fluxu nimio, vel ſubita fluxus hujus in aſſuetis ſuppreſſione. Solent autem degenerare aut neglectu, aut medicatione mala, aut ubi inflammatio non diſcutienda, humores tamen adhuc blandi ſunt, abeuntque more aliarum inflammationum in ſuppurationem, quæ, ni cito pus eliminetur, brevi in fiſtulam ani tranſit. Etenim magna hic copia pinguedinis adeſt, hinc pus confectum pondere ſuo brevi cuniculos agit, aut acri-

crimonia contracta vicinas partes arrodit, ulcera ſinusque format, aut fiſtulas, unde diuturni ſæpe, omnisque medelæ ignari morbi oriuntur.

§. XV.

Nimius vero hæmorrhoidum fluxus, quemadmodum omnes aliæ hæmorrhagiæ nimiæ, peſſima mala inducere ſolet, unde cachexiæ variæ, atrophia, hydrops & plura ſimilia. Sic Santorius a) „ ſi modum, inquit, hæmorrhoides excedunt, ut „ nimia ſit excretio, quot morborum funebres ap„ paratus? Quantum cruciatuum armamentarium? „ hinc hydrops, cachexiæ, tabes. „ Per fluxum enim nimium primarium atque nobiliſſimum ad elaborandum bonum chylum humoresque bonos inde parandos aufertur inſtrumentum, aufertur æquilibrium inter ſolida & fluida, aufertur reciproca horum actio inter ſe & tractio, unde chylopoëſis, hæmatopoieſis, nutritio, qua deficiente corpus ſucceſſive deſtruatur, debilitetur, & atrophia inducatur neceſſe eſt, ſiquidem non reſtituitur, quod per vim vitæ continuo deteritur, interim vero humores crudi accumulantur, in vaſa lateralia diffluunt, neque a venis debilitatis ea copia, qua adferuntur, reſorbentur, hinc in extremitatibus, & cavis ſtagnant, acres fiunt, peſſimumque hydropem invitant. Quin & pergente fluxu peſſima mala, animi deliquia, mors oriri poteſt a debito affluxu humorum ad encephalon, & refluxu ſanguinis ad cor imminuto, ſublato.

a) Tract. de hæmorrhoid.

§. XVI.

Tertium demum fons malorum, quæ ab hæmorrhoidibus proficiſcuntur, eſt ſubita fluxus, hujus ſuppreſſio, vidimus §. 12. quantum uſum habeat in morbis capitis, pectoris, abdominis, hinc eadem quoque mala, quæ fluxus hic curat, ſuppreſſus excitare poterit, ut ſunt vertigo, cephaleæ diuturnæ, apoplexia, hæmoptoë, anxietates &c. Sic „ Hippocr. a), qui hæmorrhoidibus, inquit, laborant, neque pleuritide, neque peri„ pneumon. &c. corripiuntur; intempeſtive vero „ curati multi hujusmodi morbis tentati ſunt per„ nicioſe ſeſe habentes. Idem alio loco ait, ex „ hæmorrhoide parum fluente obortæ vertigines „ parvam ſiderationem ſignificant brevi futuram. „ Bœrhaav. b) hæmorrhoides ſuppreſſas, inter cauſas catalepſiæ ponit. Illuſt. L. B. van Swieten c) meminit hominis quinquaginta annorum ſaniſſimi, cui hæmorrhoidibus malo ſane conſilio ſuppreſſis mira pulſus vacillatio, quam paulo poſt tenſio in hypochondrio ſiniſtro verſus pectus aſcendens, & mox hæmoptoë ſecuta eſt, tandem vero omnibus ad revocandas hæmorrhoides fruſtra adhibitis, & recrudeſcente ſæpius hæmoptoë tabidus periit, ante mortem tumens toto corpore. Maniæ, cœcitates, paralyſes ſæpe quoque obſervantur a ſuppreſſo hoc fluxu, ubi materia atrabilaria ad en-

ce-

a) L. VI. epid. Sect. III. text. 28.

b) Aph. de cogn. & cur. morb. §. 1040.

c) Comment. in aph. Bœrh. T. I. p. 77.

cephalon, vel nervorum aut origines aut decurſus decumbit. In quibusdam quædam hydropis ſpecies viſa eſt inde orta, qualis ſæpe in puellis plethoricis bene paſtis, fluxu menſtruo ſuppreſſo oritur, longe diverſa a reliquis hydropis ſpeciebus, utpote, quæ ab humorum turgore oritur. Notandum tamen eſt, nonnunquam fluxum hunc ceſſare ſine malis ſequelis. Teſt. Ill. Præſ. L. B. de Störk a), quo in caſu nil ſane agere oportet, ſed naturæ curſum conſiderare.

§. XVII.

Jam ad medendi methodum tranſeamus. Ex conſideratis autem huc usque dictis apparet, hanc nunquam unam eandemque eſſe poſſe, ſed pro diverſitate ſymptomatum diverſam quoque requiri medendi rationem, quæ tamen omnes ad ſequentes claſſes reduci poſſunt, & quidem antiphlogiſticam, evacuantem, diſcutientem, narcoticam, antiſepticam, adſtringentem, revocantem & ex his compoſitam, quas omnes ſeorſim perſequemur.

§. XVIII.

Prima eſt antiphlogiſtica, conſiſtit hæc in uſu cataplaſmatum, fotuumque emollientium, vaporis aquæ tepidæ, in balneis, ſemicupiis, potu emolliente nitroſo, medicamentis antiphlogiſticis: demulcentibus ſubacidis, leniter ſalitis, oleoſis, venæ-

a) Tom. II. Præc. med. pract. p. 77.

ſectionibus, applicatione hirudinum &c. Convenit hæc methodus in omnibus ſere affectionibus hæmorrhoidalibus, febrilibus, a plethora ortis, præcipue ſi febris magna, colica vehemens, dolores validi, urinæ ſuppreſſio, pulſus plenus, durus, celer, quibus in circumſtantiis venæſectio quoque convenit, pro ratione ſymptomatum repetenda: notes tamen velim, pulſum his in caſibus ſæpe decipere, & fictitie eſſe debilem, quemadmodum in enteritide ſæpius obſervatur, hinc, cave, fidas ſoli pulſui. Hic quoque locum habent hirudines, præcipue, ſi tubercula inflammata ſunt & turgent, nec ſpernendos faciunt effectus, ubi urinæ ſuppreſſio orta ab hæmorrhoidibus colli veſicæ. Nonnunquam vero his frictio ex foliis ficus, aut charta bibula aſperiori, nonnunquam disſectio tuberculorum ſubſtituenda eſt. Frictio locum habet, ſi cutis tenuis valde eſt, ſponte tamen adhibitis licet fotibus emollientibus hæmorrhoides fluere renuunt. Diſſectio vero, ubi tubercula valde inflammata ſunt, doloresque vividi, quo in caſu ipſa applicatio hirudinum dolores auget, neque tam cita fit ſanguinis ſtagnantis evacuatio, præcipue vero differenda non eſt, ſi in hæmorrhoidibus internis ſub alvi depoſitione tuberculum unum alterumve prodit, ani vero ſphincter ſponte ſeſe contrahit, illudque ſtrangulat, tunc enim, ni fotibus emollientibus brevi ſtrangulatio ſolvatur, diſſectio omnino differenda non eſt. Alius quoque diſſectioni locus eſt, ſi nimirum in tubercula inveterata elevantur hæmorrhoides, in quibus ſanguis nullis reſolvendis remediis deprehenditur, ubi lanceola tubercula aperire, & ſanguinem grumoſum exprimere præcipuum eſt remedium, præſertim

ſi

ſi per aliquot dies fomenta ex herbis diſcutientibus, ſimul & roborantibus in auxilium vocantur.

§. XIX.

Alteram ſtatuimus evacuantem, & quidem vel per purgantia eccoprotica, tamarindinata, mannata &c. vel per enemata oleoſa, emollientia, leniter alvum ducentia. Convenit hæc iisdem in caſibus, quibus antiphlogiſtica: præcipue ſi multæ fæces accumulatæ in viis primis deprehendantur. Cave tamen, calida draſtica propines, cave ab ipſis purgantibus antiphlogiſticis, ſi febris magna, colica vehemens &c., cum hæc, licet dicantur antiphlogiſtica, ſemper febrim augeant, id quod quotidiana docet obſervatio, quare etiam celeb. Sydenhamus eximius ille ſcrutator naturæ a dato purgante ſemper veſperi dare ſolebat ad ſedandas turbas paregoricum. Juvat his in circumſtantiis enemata emollientia ſubſtituere.

§. XX.

Tertia eſt diſcutiens, quæ habetur ex plantis diſcutientibus forma cataplaſmatis aut fomenti adplicatis, aceto lythargirii, aqua phegeto minerali Gulardi, unguent. nutrito, aqua calcis, frigida glaciali, camphora &c. Perfrequentem hæc methodus uſum habet, præcipue vero in hæmorrhoidibus recentibus, etenim §. 6. demonſtratum eſt, ſtatum hunc eſſe præternaturalem morboſum, hinc natura nunquam huic fluxui eſt aſſueſacienda, præ-

ſertim cum tam tædioſa mala a ſe relinquat, quemadmodum ſuperius vidimus. Sic Hippocrat. a): „ Urere, inquit, ita oportet, ut hæmorrhoidum „ nulla inuſta relinquatur, ſed ad unam urendo „ omnes auferas. Galenus b): Scire tamen convenit, non ſemper boni conſulendum eſſe, ut „ ſanguis per inferiores partes ex hæmorrhoide „ effluat. — — Alioquin natura huic fluxui non „ eſt aſſuefacienda, quippe plerumque exceſſum „ periculoſum habeat, tum quando ex toto cohibetur, tum quando ſanguis ultra modum excernitur, nam immodica evacuatione veremur, ne „ homo derepente moriatur, aut hydropicus, „ aut cachecticus fiat; contra vero iis, qui ex „ cohibitis nunc hæmorrhoidibus ſanguinem coacervant, ſecare venam oportet, ne in magnum „ morbum incidant. „ Fit tamen nonnunquam, ut hæmorrhoidum fluxus ſuppreſſioni non ſit ſtudendum, in iis nimirum, qui plethorici ſunt aut atrabilarii, & eximio cum levamine hæmorrhoides fluere incipiunt, tunc enim natura, quo vergit, ducenda. Irregulares quoque a cauſa peculiari ortæ uti a cibis calefacientibus, equitatione, alvo obſtructa &c. utpote moleſtæ, nec ullum emolumentum afferentes ſunt ſupprimendæ. Notandum tamen eſt, ubi plethora adeſt, tubercula inflammata ſunt, & valde dolent, ſemper methodum antiphlogiſticam, venæſectionem in brachio præmittendam eſſe. Inutiles quoque ſunt hæmorrhoides albæ, mucoſæ, ſerum acre fundentes, quo in

a) Lib. de hæmorrh.

b) Lib. de hæmorrh. T. 26. chart. T. VIII. p. 576.

in caſu diſcutientibus demulcentia ſunt addenda. Fit, ut diſcuſſis tuberculis eo in loco vehemens & ſpaſmodicus dolor aut teneſmus permaneat, convenit tunc, ut opiata quoque in auxilium vocentur.

§. XXI.

Quarta eſt antiſeptica, conſiſtit hæc in plantis antiſepticis abſynth. ruth. ſcord. alliar. marub. arnic. &c. forma cataplaſmatis aut fomenti adplicatis, corticis peruvian. ſalic. alb. in- externeque propinatis, acidis mineralibus, camphora, aceto antiſept. Rad. Serpent. V. Contrajerv. Valer. ſylveſt. arnic. &c. Convenit hæc methodus, ubi gangrænæ metus, ubi partes tumidæ profundæ admodum livent, aut ex nigro ceruleſcunt, tunc enim ſtrenue medicamentis ſuperius enumeratis inſiſtendum tam in, quam externe, ut gangræna arceatur, vel incipiens cohibeatur. Quodſi vero contingit, ut adhibitis his remediis inflammatio in ſuppurationem abeat, locus ſuppuratus illico erit aperiendus, ne pus partim pondere, partim acrimonia contracta ulcera aut fiſtulas creet, ad quas curandas ab Ill. L. B. de Störk a) infuſum cicutæ eximie laudatur, præſertim, ſi in initio ſtatim adhibeatur.

§. XXII.

Narcotica egregium quandoque uſum habent; fomentis emollientibus addita, ubi nimirum tumentes

a) T. II. præc. med. pract. p. 83.

tes hæmorrhoides nimium dolent, ut ad tempus dolor ſupprimatur, qui inflammationem mirum quantum auget. In uſu autem opii interno ſumma cautela opus eſt, cum remedium ſit ſtimulans, alvumque cohibens, cujus præcipua ratio in hæmorrhoidariis eſt habenda. Adeoque ubi inflammatio valida, colica vehemens, febris magna, cave, ne opiata propines, ſed ſolummodo convenient, ubi convulſiones ſubſultusque tendinum obſervantur, quæ a mera irritabilitate nimia ortum trahunt.

§. XXIII.

Methodus adſtringens, roborans perſæpe locum habet, ſi hæmorrhoides copioſe nimis fluunt. Propinat hæc medicamenta tam in- quam externe: interne bolum armenum, terra catechu, ſuccum acaciæ, hypociſtidis, ſang. draconis, alumen, decocta ex radic. adſtringentibus, torment. biſtort. cort. granat. peruv. acida mineralia, martialia &c. Verum his ſemper, ſi æger plethoricus ſit, venæſectio aut clyſmata emollientia, ſi fæces multæ accumulatæ deprehendantur, præmittenda ſunt. Externe fomenta ex plantis, radicibus, corticibus adſtringentibus, ſolutione aluminis, vitrioli martis, ſacchari ſaturni, aceti lythargirii cum aqua calcis &c. omnibus vero palmam præripit agaricus præparatus, ſi loco aperto rite adplicari poteſt. Notes autem, ut primum ſanguinis profluvium notabiliter imminuitur, omnium fortiorum medicamentorum uſu interno ſuperſedendum eſſe.

§. XXIV.

§. XXIV.

Ultima demum methodus eſt hæmorrhoides ſollicitans. Convenit, ſi hæmorrhoides periodice recurrentes medicamentis male adminiſtratis, vehementioribus animi motibus, refrigerio ſubitaneo & ſimilibus, ſubito ſiſtantur, unde peſſimæ ſequelæ, vertigo, apoplexiæ &c. quemadmodum §. 16. vidimus. Revocantur autem hæmorrhoides omnibus iis, quæ majorem affluxum humorum ad vaſa hæmorrhoidalia reddere valent, vaſaque debilitare, hinc fotus emollientes, balnea ſemicupia, vapor aquæ tepidæ ad anum admiſſus, adplicatio hirudinum reducere hunc fluxum valent. Sunt quoque, quæ ſpecifice in hæmorrhoides agere videntur, uti borax, aloë, myrrh. extract. hellebori nigri, trochiſci alchandali refracta doſi data. Hæc tamen non ſemper promiſcue dari poſſunt, ſed ratio ſemper ſymptomatum habenda eſt, præſertim ſi plethora quoque obſervatur univerſalis, aut febris valida, quo in caſu vena ſecanda, enemata emollientia &c. totusque adparatus antiphlogiſticus adhibendus eſt: non ſpernendum tunc quoque uſum habent hirudines ad anum adplicatæ. Ubi vero nec febris valida, nec plethora, tunc licet dare hæc ſtimulantia, ſuperius enumerata, quibus quoque vapores aquæ tepidæ adjungi poſſunt. Quodſi tamen brevi ad hæc fluxus hæmorrhoidalis ſigna non comparent, diu æger torquendus non eſt, ſed alia potius ſymptomatibus appropriata medicamenta adminiſtrentur oportet.

§. XXV.

§. XXV.

Nonnunquam vero totum opus ſoli naturæ medicatrici eſt committendum, ubi nimirum fluxus hic ſtatis temporibus cum inſigni levamine redit, præcipue vero melancholicis & ſplenicis, ſi ſecedit ſanguis niger & piceus, in quibus ſalutare hoc naturæ conamen omnino non eſt cohibendum, quin potius promovendum. Quare ægri tales illis temporibus admodum moderate ſe gerant, abſtineant omni potu calefacienti, alvum continuo fluidam conſervare ſtudeant, aut enematibus aut ſalibus mitioribus, victus ſit ſolvens, ſaponaceus, ex fructibus horreis, aliisque demulcentibus ſaponaceis, corpus moderate exerceant, neque ſpernendum habent effectum aquæ minerales ſpadanæ. Vitent ſollicite omnia, quæ ſalutare hoc naturæ conamen impedire valent.

CON-

CONSPECTUS VOLUMINIS I.

I.

THOMÆ FRANCISCI CLOSSET
DISSERTATIO
DE FONTIBUS INDICATIONUM.

Morbi acuti & chronici definitio.
Origines morborum chronicorum.
Juxta *Bœrhaavium.*
Ex vitiis fluidorum
ex ingeſtis
a viribus noſtris nimiis in ingeſta
a ſpontaneis noſtrorum humorum vitiis.
Ex vitiis a morbis acutis non bene ſanatis.
Vitia humorum
purulenta
ichoroſa
putrefacta.
Vitia ſolidorum
abſceſſus
fiſtulæ
empyremata
ſcirrhi
cancri.
Juxta *Tiſſotum*
debilitas congenita aut acquiſita
læſa digeſtio.

Vi-

Vitia poſt morbos acutos male ſanatos
cacochymia univerſalis
morbi particulares.
Nimia mobilitas ſyſtematis nervoſi.
Cauſæ externæ.
Morborum chronicorum frequentia, & curandi difficultas.
Fontes indicationum in morbis chronicis
inquiſitio in morbi cauſam
inveſtigatio, an aliud in corpore vitium adſit certis ſignis cognitum
juvantia & nocentia
analogia cum alio morbo cognito
rationalis empyria.
Indicatio confirmatoria morborum chronicorum.

II.

JOSEPHI MARSOVSKY
DISSERTATIO
DE SCORBUTO.

Definitio ſcorbuti.
Diviſio
ratione decurſus
acutus, chronicus
ratione originis
originarius
ſecundarius
ratione complicationis
ſimplex
complicatus

ra-

ratione loci
marinus
terreſtris
ratione materiæ
acidus
alcalinus
muriaticus.
Cauſæ ſcorbuti.
Cauſa proxima juxta Chriſt. Hoffmann
corruptio humoris oſſei.
Cauſæ excitantes
aër humidus
aër phlogiſto impraegnatus
aër humidus, ſimulque calidus
vel frigidus
victus crudus.
Cauſæ ſcorbuti ſecundarii.
Decurſus ſcorbuti.
Prodromi
ſcorbutus naſcens
facies chlorotica
dedolatio poſt motum levem
anheloſa & brevis reſpiratio
gingivarum pruritus & tumor
color gingivarum rubens
gingivæ tumentes a dentibus abſcedunt.
Anima fœtens.
Scorbutus increſcens.
priora aucta
dentium corruptio
ſtrepitus articulationum ad levem motum
dolores artuum & articulationum
cutis anſerina.

Oedema crurum & ſurarum
articulationum rigiditas
maculæ cutaneæ coloris varii
Scorbutus adultus.
Symptomata priora aucta
ulcera crurum, tibiarum
lipothymiæ
hæmorrhagiæ internæ
dolores vagi arthritici
tuſſis cum ſputo puriformi
hydrops variarum partium.
Scorbutus conſummatus.
hæmorrhagiæ inſiſtendæ
leipothymiæ lethales
febris.
Prognoſis ſcorbuti.

Cura ſcorbuti Idiopathic

Cauſas removere
humorem oſſeum emendare
antiſcorbuticis.
Vegetabilia acido abund
acida mineralia
plantæ antiſepticæ ama
antiſeptica aromatica.
antiſcorbutica ſpiritu

III.

ANDREÆ SZÖÖTS

DISSERTATI

DE ARTHRITIDE.

Definitio arthritidis
Diviſio
ratione originis
hæreditaria, acquiſita
ratione partis affectæ
podagra
chiragra
iſchiaca
lumbago &c.
ratione typi
regularis
anomala
ratione loci
fixa
vaga
ratione febris
febrilis
non febrilis
ratione curæ
retropreſſa

ratione complicationis
meraca
complicata.

Arthritis genuina.

Cauſa proxima arthritidis genuinæ.
Juxta *Swietenium*, acrimonia humorum particularis cum viſcoſitate eorundem.
— *Stollium* humor atrabilarius in ſanguine accumulatus, cum aucta irritabilitate.
Cauſæ prædiſponentes
nativitas a parentibus arthriticis
ætas media, vel ſenilis
ſexus virilis præ fœminino
temperamentum atrabilarium.
Cauſæ excitantes
quoad ingeſta, geſta &c.
Affinitas arthritidis cum febre bilioſa.
Sedes arthritidis.
Differentia a rheumatiſmo.

Podagra regularis.

Prodromi podagræ, indicant:
futuram depoſitionem mater. podagr. ad aliquam partem.
partem ad quam depoſitio futura eſt
prægreſſam coctionem particularem, & proxime futuram criticam evacuationem.
Symptomata paroxyſmi podagrici præſentis
paroxyſmus particularis, terminatur

cri-

critice per
ſudores
urinam
depoſitione ad pedes
paroxyſmus univerſalis
febris podagricæ decurſus.
Cum podagræ regularis
paroxyſmo imminente
conamina naturæ in febre deſpumatoria, producenda adjuvare
in paroxyſmo
in ſtadio cruditatis
in ſtadio coctionis
criſin moderari
ſymptomatibus urgentibus proſpicere
regimine antipodagrico
medicamentis tonicis.
Methodus medendi noxia in podagra
venæſectiones
catarctica
ſudorifera
diæta lactea.
Methodus conſervandi proles arthriticorum ab arthritide.

Podagra anomala.

Cauſa podagræ anomalæ
tempus intercalare male tranſactum
mala medicatio in ipſo paroxyſmo
defectus virium
complicatio cum aliis morbis
tophi, rigiditas artuum, debilitas viſceris alicujus &c.

Claſſes podagræ anomalæ
imperfecta
vaga
a nimia copia materiæ podagricæ
interna
iners
complicata.
Differentia arthritidis regularis ab anomala in genere.
Signa arthritidis larvatæ diagnoſtica.

Larvæ arthritidis.

Sub ſchemate morborum abdominalium.
Ventriculus depravatus.
Cauſæ hujus anomaliæ
debilitas ventriculi
ægritudines ventriculi
ſtimulus ventriculo applicatus.
Cura hujus anomaliæ
colica chronica
diarrhæa
hæmorrhoidum
hypochondriaſis cum materia
hæmorrhagia uterina
fluor albus
ſcirrhus uteri
tumor in regione uterina
nephritis
dyſuria, ſtranguria
caruncularum uretræ
gonorrhæa ſicca
vermes.

Sub

Sub ſchemate morborum thoracicorum
Catharrus, tuſſis, peripneumonia
pleuritis
phtyſis pituitoſa
hæmoptoë
hydrothorax
angina arthritica
ſtruma.

Sub ſchemate morborum encephali
cephalea veſpertina
vertigo chronica
apoplexia
epilepſia
chorea ſancti Viti
opiſthotonos
paralyſis artuum
hypochondriaſis ſine materiæ
morbi nervorum.

Sub ſchemate morborum oculi
ophthalmia chronica
epiphora
lippitudo chronica
cataracta
amautoſis.

Sub ſchemate morborum cutaneorum
eryſipelas chronicum
effloreſcentiæ cutaneæ variæ.

IV.
MATTHIÆ HALLER
DISSERTATIO
DE RACHITIDE.

Morbi antiquitas.
Morbi natura.
An originis ſyphiliticæ.
Phænomena rachitidis
 proxima
 prædiſponentes
  parentes debiles
 occaſionalis
  nutrix
  educatio
  aër cubiculi
  loca humida, paludoſa/
Rachitidis ſigna diagnoſtica.
Rachitidis cura
 diætetica
 pharmaceutica
 chirurgica.

V.
JOSEPHI SARTORII
DISSERTATIO
DE CATARRHO.

Catarrhi definitio.
Catarrhus ſimplex
  catarrhus inflammatorius
  gaſtricus ma-

malignus
dentientium
morbilloſorum.
Generales tuſſis catarrhalis effectus
viſcera abdominalia exagitantur
pulmones concutiuntur
ſanguis in capite accumulatur
Vires exhauriuntur.

VI.

ANTONII CRUCIANI
DISSERTATIO
DE DYSENTERIA.

Dyſenteriæ etymologia.
Definitio.
Sedes mali
Cauſa proxima
prædiſponens
occaſionales
aër gravis exhalationibus turgens: aëris viciſſitudo
alimenta prava, & potulenta
an fructus horrei?
caſeoſa pinguia
potus aquæ frigidæ æſtuante corpore
medicamenta draſtica
corporis atque animi motus vehementiores
excreta nimia & retenta
perſpirabile ſanctorianum
ſolitæ evacuationes ſanguinis;
exanthemata retropulſa.

Adplicata externa.
Diviſio dyſenteriæ
ratione originis
protopathica, deuteropathica
ratione effectus
critica
ſymptomatica
ratione genii
ſporadica
epidemica
ratione materiæ
cruenta
alba
ratione loci
in tenuibus inteſtinis
in craſſis
ratione temporis
incipiens
ingraveſcens
confirmata
ratione indolis
vera
ſimplex
rheumatica
inflammatoria
bilioſa
putrida
benigna
maligna
intermittens
chronica
complicata
rheumatico-bilioſa
inflammat. bilioſ. &c.

Prog-

Prognoſis dyſenteriæ.
Cura dyſenteriæ rheumaticæ
dyſenteriæ inflammatoriæ
dyſenteriæ blioſæ
dyſenteriæ putridæ
dyſenteriæ malignæ
dyſenteriæ intermittentis
dyſenteriæ chronicæ
dyſenteriæ compoſitæ.
Dyſenteriæ ſpuriæ
dyſenteria ab acribus ingeſtis
colica hæmorrhoidalis
atræ bilis per alvum dejectio.
Exitus dyſenteriæ
diarrhæa
dyſenteria chronica
morbi articulorum chronici
catarrhus
aurium tinnitus, & ſurditas
ventriculi pondus
pleuritis
phthyſis ſpuria
crurum œdema
mingendi difficultas
hydrops
febris intermittens
teneſmus.
Dyſenteriæ prophylaxis.
Analogia dyſenteriæ cum morbo rheumatico.

VII.

VII.

RUDOLPHI WILHELM

DISSERTATIO

DE APOPLEXIA.

Apoplexiæ definitio.
Diviſio apoplexiæ
 calida, ſeroſa, pituitoſa
 ex inanitione
 hyſterica
 periodica
 fortis, levis
 hyſterica
 epidemica
 idiopathica, ſympathica.
Varia flatus apoplectici vocabula
 paraplegia
 paræſis
 anæſtheſia
 carus
 coma comatodes
 coma vigil
 lethargus
 veternus
 cataphora
 incubus.
Cauſæ apoplexiæ
 cauſa proxima
 cauſæ prædiſponentes
  nativa corporis fabrica
  temperies plethorica, pituitoſa
  ſeſſio continua
  morbi pulmonum.

Cauſæ

Cauſæ excitantes
ſtudia immoderata
inſolatio
fumus carbonum
ventriculi repletio &c.

Symptomata apoplexiæ
antecedentia
concomitantia.

Species apoplexiæ
ſanguinea
apoplexia ſubmerſorum
dentientium
a vermibus
ab hydrope abdominis & pectoris
frigida
gaſtrica
larvata
ab evacuatione nimia
nervea.

Additamenta.

VIII.

THEODORI SZKROCHOWSKI
D I S S E R T A T I O
DE HÆMORRHAGIIS.

Definitio.

Diviſio
arterioſa, venoſa
ſpontanea, artificialis
critica, ſymptomatica
interna, externa
narium, oris &c.

Cauſæ hæmorrhagiæ.
Effectus hæmorrhagiæ
ſalutares
morboſi.
Prognoſis.
Cura hæmorrhagiarum in genere
plenitudinem, & impetum minuere.
acrimoniam corrigere
irritamenta in affecta parte tollere
ſpaſmos ſopire
obſtructiones referare.

Hæmorrhagia narium.

Diviſio
hæmorrhagia narium; ſtillicidium
interna, externa
ſpontanea, artificialis, traumatica
critica, ſymptomatica
a vitio topico
plethorica
gaſtrica
febrilis
periodica.
Prognoſis.
Cura hæmorrhagiæ
criticæ
ſymptomaticæ.

Hæmorrhagia oris.

Origo hujus hæmorrhagiæ
ex gingivis
lingua

fau-

faucibus internis
ex capite
ex œſophago
ex aſpera arteria.

Hæmoptyſis.

Diagnoſis.
Diviſio hæmoptyſis
febrilis
inflammatoria
bilioſa
pituitoſa &c.
non febrilis
orgaſtica
vulneraria
tuberculoſa
chronica
habitualis
periodica
abdominalis
ab eroſione
ab oſſificatione aortæ;
ab aneuryſmate cordis ſiniſtri.
Cauſa hæmoptyſis.
Effectus
generales
ſpeciales.
Cura hæmoptyſis inflammatoriæ
bilioſæ
pituitoſæ
orgaſticæ
vulnerariæ
tuberculoſæ

chro-

chronicæ
periodicæ
abdominalis
hydropicorum
ab eroſione
ab oſſificatione aortæ
ab aneuryſmate.

Hæmorrhagia ventriculi.

Cauſæ variæ vomitus cruenti
plethora
ſpaſmi abdominales
obſtructiones viſcerum abdominalium
vaſorum ventriculi debilitas, eroſio &c.
percuſſio externa
ulcus cancroſum
atra bilis.

Hæmorrhagia inteſtinorum.

An fluxus hepaticus?
Species variæ
a plethora
ab obſtructionibus viſcerum
ab inteſtinorum læſione
a rupta inteſtinorum variæ
in febribus putridis
a vermibus.
Cura.

Hæmorrhagia ani.

An utilis hæmorrhoidum fluxus?
Diviſio hæmorrhoidum

verae
fluentes
ſanguineæ
mucoſæ
ſeroſæ
cœcæ
ſpuriæ
rhagadia
criſtæ &c.
externæ, internæ
febriles, non febriles
recentes, inveteratæ
periodicæ, erraticæ
criticæ, ſymptomaticæ
protopathicæ, deuteropathicæ
moderatæ, parcæ.
Cauſæ hæmorrhoidum
proxima
remotæ
plethora univerſalis & topica
infarctus abdominis
venarum hæmorrhoid. compreſſio
irritatio inteſtini recti
abuſus veneris
morbi veſicæ urinariæ
acrimonia ſanguinis quæeunque
remedia ſpecifica hæmorrhoidalia.
Effectus hæmorrhoidum.
Cura hæmorrhoidum.

Hæmorrhagia viarum urinariarum.

Diagnoſis mictus cruenti.
Species mictus cruenti

a plethora
ab evacuationibus ſanguineis compreſſis
a laxitate & debilitate renum
a motu ſanguinis ad renes determinato
a viru venereo
a coitu immoderato
a cantharidibus
a balſamicorum abuſu
a febre putrida
a renum calculo
a renum abſceſſu
a vi externa
a vitio hæreditario
ab hæmorrhoidibus veſicæ.
Prognoſis mictus cruenti.
Cura mictus cruenti.

Hæmorrhagia uteri.

Hæmorrhagia uteri
virginum (menſes)
gravidarum
menſtrua gravidarum
hæmorrhoides gravidarum
hæmorrhagia abortus prænuntia
vetularum.

Menſtrua.

Menſium fluxus nimii
Cauſæ fluxus nimii
plethora
uteri laxitas
topica plethora uteri
ſpaſmi.

Hæ-

Hæmorrhagiæ gravidarum.

Menſtrua gravidarum
Diſtinctio ab aliis hæmorrhagiis.
Hæmorrhoides gravidarum
Cauſæ hujus fluxus.
Hæmorrhagia abortus prænuntia
diſtinctio ab aliis hæmorrhagiis
cauſæ
proximæ
remotæ
in viro
in matre
in fœtu
in cauſis externis.
Prognoſis.
Cura
ratione cauſæ diverſa
ſi abortus a placenta prævia
abortus habitualis
uſus opii.
Hæmorrhagiæ in partu
poſt partum
lochiorum exceſſus
tonus amiſſus uteri
contractio uteri impedita ob grumos ſanguinis.
fruſtula placentæ in utero relictæ
læſio uteri.

IX.

JOSEPH DE FLUE

DISSERTA

DE TYMPANITIDI

Tympanitidis definitio.
Differentia
  a meteoriſmo
  a colica flatulenta
  ab aſcite.
Sedes.
Diviſio
  inteſtinalis
  abdominalis
    tympanitis uteri
      ſicca
      humida.
Symptomata
  borborygmi
  dolores abdominis
  dolor lumborum
  tumor utricularis totius abdomin
  pertinax alvi conſtipatio
  urina in malo provecto parca
  difficilis reſpiratio.
Cauſæ
  proxima: vis contractilis inteſt

procatarcticæ

ingeſta cruda, flatulenta
ſpaſmi hyſterici
defectus bilis
febres intermittentes male curatæ
iteratæ colicæ & ileus
inflammatio inteſtinorum
vermes.

Diagnoſis.
Prognoſis.
Cura

imminentem inflammationem præcavere
alvum reſerare
collecti aëris elaſticitatem deſtruere
inteſtina roborare.

X.

FRANCISCI TSCHEBULZ
DISSERTATIO
DE ICTERO.

Definitio Icteri.
Diviſio

ratione originis

hepaticus
cyſticus
hepatico-cyſticus

febrilis, non febrilis
ratione typi
chronicus
continuus
periodicus.
Species Icteri
frigidus
inflammatorius
plethoricus
periodicus
ſpaſmodicus
neonatorum
febrium gaſtricarum.
Icterus frigidus
cauſa proxima
cauſæ excitantes
cura.
Icterus inflammatorius
cauſa
proxima
remotæ
diagnoſis
prognoſis
cura.
Icterus plethoricorum
cauſa
ſigna
cura.
Icterus periodicus
cauſæ
calculus
ſigna calculorum felleorum
cura

in

in paroxyſmo
extra paroxyſmum
bilis inſpiſſata
ſpaſmi.
Icterus ſpaſmodicus
cauſæ
ſigna
cura.
Icterus neonatorum
cauſæ
a meconio
ab acido
a ciborum copia
a vomitu & diarrhæa
a vermibus.
Icterus febrium gaſtricarum
cauſæ
ſigna
prognoſis
cura.

XI.

JOANN. BAPTIST. PARDINI

DISSERTATIO

DE CARDIALGIA.

Definitio.
Diviſio
pyroſis
cardialgia
gaſtrodynia.
Species cardialgiæ
ſaburralis

flatulenta
ſpaſmodica
menſtruantium & hæmorrhoidalis
gravidarum
ab acribus aſſumptis
metaſtatica
a vitio organico.
Cardialgia ſaburralis
a ſaburra acida
ab ingluvie
bilioſa.
Cardialgia flatulenta
ortus
cura.
Cardialgia ſpaſmodica
ortus
cura.
Cardialgia menſtruantium
cauſa
cura.
Cardialgia gravidarum
poſt conceptionem
finito tertio, quarto menſe
ultimo graviditatis tempore.
Cardialgia ab acribus
cura.
Cardialgia metaſtatica
diagnoſi
cura.
Cardialgia a vitio organico
ſcirrhus ventriculi.

CON-

CONSPECTUS VOLUMINIS II.

I.

BARTHOL. DE BATTISTI
DISSERTATIO
DE FOEMINARUM MORBIS.

De fœminarum morbis in genere.

Morbi fœminarum
universſales
particulares: horum fontes
compages debilior
irritabilitas major
diverſus mechaniſmus
vitæ genus
pravæ conſuetudines
certum vitæ ſtadium.
Diviſio generalis
morbi virginum
morbi gravidarum
morbi parturientium
morbi vetularum.

Morbi virginum.

Menſes.
Chloroſis.
Furor uterinus.

Fœminea ſterilitas.
Fluor albus.
Morbus hyſtericus.

Menſes.

Fluxus menſtrui conditio & varietas.
Vitia menſium
menſes erronei
menſes nulli
menſes parci
menſes nimii
menſes anticipantes
menſes retardantes
menſes decolorati
menſes difficiles.
Menſes erronei
requiſita menſium erroneorum
plethora requiſita
exitus per uterum denegatus
pudendorum concretio
imperforatio
uteri rigiditas aut laxitas
uteri ſuperficies cicatricata
decubitus in partem aliam imbecilliorem.
Cura menſium erroneorum
in paroxyſmo
extra paroxyſmum.
Menſium ſuppreſſio
Cauſæ
in ſyſtemate uterino
pudendorum concretio
imperforatio &c.

in toto corpore
- humorum penuria
- plethora totius corporis
- phlogiſtica diatheſis
- mucoſa humorum diſpoſitio
- nimia fibrarum debilitas
- notanda circa menſium ſuppreſſionem

cura ratione cauſæ diverſa.

Menſes parci.

Menſes nimii
- a ſolidorum laxitate & humorum tenuitate
- a peculiari idioſyncraſia
- cauſæ remotæ.

Menſes anticipantes.

Menſes decolorati.

Menſes difficiles
- primi menſes.

Medendi methodus vitiis menſium

remedia varia
- culter,
- balnea, clyſmata
- invigorantia
- ſolventia, reſolventia
- emollientia
- electricitas
- borax
- moſchus, aſa fœtida &c.
- aquæ ſoteriæ
- venæſectio, pediluvia.

Cautelæ practicæ.

Chlo-

Chloroſis.

Morbi antiquitas.
Affinitas cum aliis morbis
cachexia
anaſarca
ſcorbuto
ictero.
Symptomata.
Cauſa proxima
debilitas ſolidorum, & mucoſitas humorum.
Cauſæ remotæ
vita ſedentaria
potus thæatus
ſomnus multus
quies
victus depravatus
habitatio humida.
Cura
purgantia
ſolventia
frictiones
roborantia, martialia.

Furor uterinus.

Definitio.
Cauſa proxima: major ſanguinis derivatio ad genitalia, cum vel ſine acrimonia veneris ſtimulos excitantis.
Cauſæ remotæ
mens primario affecta
vitia prægreſſa ſyſtematis uterini.

Signa.
Cura.

Fœminea ſterilitas.

Diviſio ſterilitatis
abſoluta
relativa.
Sterilitas tanquam cauſa divortii
1. Sterilitas abſoluta & inauferibilis.
2. Ante initium matrimonii præſens.
3. Demonſtrata ex cognita natura impedimenti non auferendi.

Fluor albus.

Definitio.
Cauſa proxima.
Sedes.
Cauſæ remotæ.
Cura ratione cauſarum
a coctione læſa
a debilitate & mucoſitate uteri
a cacochymia hæreditaria
ab levi uteri inflammatione
ab irritatione & ſorditie.

Morbus hyſtericus.

Definitio.
Sedes.
Diagnoſis
ab epilepſia
ab apoplexia
a ſyncope

ca-

canones de incidendo matris
cadavere.
Symptomata.
Cura
in paroxyſmo
extra paroxyſmum.

Gravidarum morbi.

Origines horum morborum
ab irritato ſyſtemate nervorum
ab uteri grandeſcentis mole
a ſanguine intempeſtive exitum quærente
a fœtu valide moto
a pravis fœminarum conſuetudinibus
a variis corporis fœminini partibus affectis.
Irritatio ſyſtematis nervei poſt conceptionem.
Symptomata præcipua
uſus lenium carminantium
cautelæ in hoc ſtatu.
Uterus mole auctus
viſcera abdominalia compreſſa
omenti convolutio
hæmorrhoides
varia mictus vitia.
Mitigatio horum ſymptomatum.

Situs uteri perverſus.

Situs uteri
naturalis
præternaturalis.
Cauſæ ſitus uteri perverſi
inteſtina flatu aut fæcibus expanſa

ve-

veſica urinaria diſtenta
mala uteri conformatio
gibboſitas.
Species iniqui ſitus ab Huntero deſcripti
diagnoſis hujus mali.
Cura
uteri dislocati reſtitutio
ſitu ægræ idoneo
admota manu.

Hæmorrhagiæ gravidarum.

Diſtinctio hæmorrhagiarum a fluxu catameniorum.
Fluxus hæmorrhoidalis
hæmorrhoides per vaginam.

Abortus.

Diſcrimen inter abortum & partum præmaturum.
Cauſæ abortus
cauſa proxima
cauſæ remotæ
in viro ejusque ſemine
in matre
in fœtu
cauſæ externæ.
Cauſæ in viro
ſemen depravatum
vires venere exhauſtæ.
Cauſæ in matre
impotentia uteri ſe ultra certum terminum extendendi
debilitas, laxitas totius corporis
ætas nimium tenera

ir-

irritabilitas nimia
febres acutæ
plethora
plethora topica
ſtimulantia
morbi uteri organici
veſicæ vitia
vomitus
morbi convulſivi
excretio lactis nimia.

Cauſæ in fœtu
monſtroſa magnitudo
gemini, trigemini
hydrocephalus
fœtus hydropicus
fœtus convulſivus
fœtus mortus
aberrationes placentæ
orta inde hæmorrhagia
diagnoſis
cura
hydrops ovi.

Cauſæ externæ
aër
motus validi, nixus
ſaltus
vulnera, lapſus, ictus
veſtimenta nimis arcta.

Prognoſis abortus.

Signa abortus.

Cura: ratione cauſæ diverſa
in abortu a febre
a valido impactu in abdomen
ab acri inteſtina erodente

ab

ab æſtu nimio humorum
a ſpaſmis hyſtericis.
Gravidarum ſymptomata a fœtu ipſo &c.
Fœtus major.
Fœtus mortuus
ſigna fœtus mortui.
Fœtus inique ſitus.
Fœtus tubarius, ovarius.
Fœtus validiores motus.
Placenta non in uteri fundo annexa.
Victus ratio & regimen
veſtitus
medicatio
venus.
Partes gravidarum peculiariter affectæ
morbi mammarum
morbi pudendorum
alvi moroſitas
hæmorrhois
veſica lotio expanſa
crurum oëdema.

Morbi parturientium.

Fontes horum morborum
a matre ejusque diverſa conſtitutione
a fœtu
ab obſtetrice.
Morbi ab ipſa matre non bene conſtituta.
Defectus dolorum ad partem requiſitor. hujus
cauſæ
univerſalis debilitas
voluntas deficiens
atonia uteri

dolores ſpurii
ſymptomata varia ſpaſmodica.
Partus difficilis
definitio
cauſæ
prava conformatio ſyſtematis genitalis
ex parte fœtus
partes vicinæ.
Hæmorrhagiæ
ante & ſub partu
a placenta prævia
ob præmaturam placentæ ſeparationem
poſt partum: cauſæ
uteri atonia
partus totius ovi
cita fœtus excluſio, placenta mox inſequente
uteri vulnera violento inſtrumentorum uſu illatá
placenta ſemiavulſa
grumi ſanguinis ob ſpaſmos oris uterini collecti
inverſio uteri completa
uteri ruptura
dolores.
Remedia contra hæmorrhagias
an venæſectio?
an adſtringentia?
an narcotica?
ligaturæ
ſitus horizontalis
fotus potusque frigidus

ex-

exemptio corporis alieni
injectio in uterum frigida.
Cautelæ.

Puerperarum morbi.

Symptomata varia poſt partum contingentia
leipothymiæ, ſyncope, convulſiones &c.
ab hæmorrhagia majori
ab mutato repente circulo ſanguinis impetuoſe in laxa abdominalia vaſa irruentis
ab vivido ob partes læſas & contuſas dolore
læſiones uteri, vaginæ &c.
dolores poſteri
ephemera, & febris lactea
cauſa febris lacteæ
exitus febris lacteæ
ſudoribus
ſpontaneo, vel artificiali fluxu mammarum
lochiis profuſioribus
urina
alvo
miliaribus
metaſtaſi varia
Cura febris lacteæ
minuendo plethoram
occurrendo ſymptomatibus gravioribus
inquirendo in febrem ſtationari annuam
an dantur abſceſſus lactei?
Puerperarum febris

diagnoſis á febre lactea
origo
domeſtica
epidemica
utraque
an febris ſui generis ?
quomodo præcavenda hæc febris
cura.
Fluor albus puerperarum
cauſa hujus fluoris
cura
an adſtringentia ?
Mammarum morbi
inflammatio mammarum
tumores
in parte mammarum celluloſa
in parte glanduloſa.
Rheumatiſmus puerperarum
cauſa
cura.
Mania puerperarum
cauſæ hujus maniæ
an a metaſtaſi materiæ lacteæ ?
cura.
Lochia ;
vitia lochiorum
exceſſus
defectus
cauſæ exceſſus
fibrarum uterinarum tonus amiſſus
contractio uteri impedita ob grumos ſanguinis
fruſtula placentæ in utero relicta
læſio uteri.

Cu-

Cura lochiorum excedentium.
Defectus lochiorum, ſeu lochia ſuppreſſa
caufæ
cura
cauſas removere
morbos inde oriundos percurare
lochia ſuppreſſa reſtituere
Prophylaxis gravidarum.

Lactantium morbi.

Nimia mammarum diſtenſio, & orta inde inflammatio
cura
noxæ purgationum.
Papillarum morbi
papilla nimis parva
evaneſcens
fiſſa
excoriata.
Puſtulæ, ſcabies.
Hyſteria.
Lac deficiens.
Ablactationis incommoda.
Nutricum phthyſis
ſymptomata
cura.

Vetularum morbi.

Diviſio
univerſales
hyſteria
cacochymia

particulares
morbi abdominales
colicæ
ſpaſmi
hæmorrhoides
vitia mictus
morbi uteri
morbi mammarum.

II.

JOSEPHI ALOYSII POPP

DISSERTATIO

DE COLICA.

Definitio.
Diviſiones juxta cauſas
colica flatulenta
colica ſtercorea
colica bilioſa
colica inflammatoria
colica ſpaſmodica
colica metaſtatica.

Colica flatulenta.

Diagnoſis hujus colicæ.
Error communis medentium.
Noxius uſus carminantium.
Cura
fermentantem materiam cohibere
aëri collecto exitum conciliare.

Colica

Colica ſtercorea.

Variæ ſpecies colicæ ſtercoreæ
colica ſimpliciter ſtercorea
colica ſutorum, ſartorum
colica quædam gravidarum
colicæ pleræque infantum
colicæ fœminarum ob inteſtina capacitatis inæqualis.
Cura harum colicarum
palliativa
curativa
an venæſectio?

Colica biliofa.

Species colicæ bilioſæ
colica bilioſa æſtivalis
colica bilioſa ſporadica
colica bilioſa a calculis felleis
colica bilioſa epidemica
ſymptomata
indicationes
materiam peccantem ſolvere
aptis viis eliminare
debilia viſcera roborare
an, & quando opiata.
Colica bilioſa ſporadica
ſubjecta huic colicæ obnoxia
ſymptomata
methodus medendi;
Colica bilioſa a calculo veſicæ felleæ
cauſæ
cura

in paroxyſmo
extra paroxyſmum.
Colica inflammatoria.
Diviſio colicæ inflammatoriæ
originaria
ſecundaria : hæc jungitur
colicæ cuicunque
herniis incarceratis
dyſenteriæ
febri malignæ.
Diagnoſis colicæ inflammatoriæ
prognoſis
cura enteritidis
colicæ enteritidi affines
colica hæmorrhoidalis
ortus
ſymptomata
cura
colica menſtrua
colica gravidarum.
Colica ſpaſmodica.
Colica hyſterica
cauſa
remedia
colica a conceptione gravidarum
cauſa
remedia
colica parturientium
dolores ſpurii
cura
colica a partu
dolores poſthumi
a contuſione rudi
febris puerperarum ſymptoma cautelæ.

Co-

Colica pictonum varia
methodus varia
draſtica involvens
eccoprotica
nervina
ſpecifica
narcotica
compoſita
effectus noxius plumbi
uſus externus
effectus colicæ ſaturninæ
paralyſis artuum, rheuma chronicum, aſthma ſpaſmodicum
hydrops
alvi difficultas
diſpoſitio animi particularis.
Cura
ſi colica ſaturnina ſola
ſi aliæ colicæ commixtæ
effectus poſt morbum ſaturninum.
Canones practici.
Colica metaſtatica
a materia perſpirabili ſuppreſſa
a materia arthritica recurrente
a materia quacunque alia rheumatica.
Colica ab alienis non comeſtibilibus in cavo inteſtinali hærentibus
a calculis
a vermibus
a purgantibus draſticis.
Colica a prava inteſtinorum conditione
a vitio ſuppuratorio
a vitio cancroſo
a vitio ſcirrhoſo

ab anguſtia præternaturali.
Canones practici in curanda colica.

III.

JOSEPHI POLZA

DISSERTATIO

DE DOLORE CAPITIS.

Definitio
cephalalgia
cephalæa
carebaria
clavus hyſtericus
hemicrania.
Sedes.
Diviſio.
Sanguinea
catamenialis
gravidarum
febrilis
orgaſtica
a refluxu ſanguinis impedito,
acrimonioſa
venere
ſcorbutica
ſeroſa
catarrhalis
ab exanthemate retropreſſo
ab ingeſtis
a vitio ſolidorum
ab inſectis
a nimia irritabilitate.

Pro-

Prognoſis.
Remedia contra cephalalgiam celebratiora
venæſectio
raſio capitis
aqua frigida
verbena
uſtio cranii
arteriotome
ligaturæ arteriæ
ſalivatio mercurialis
veſicans capiti applicatum
trepanum
emplaſtra
vis electrica.

IV.

ALEXANDER SAVOYE
DISSERTATIO
DE TUSSI CONVULSIVA.

Definitio.
Phænomenorum ratio.
Symptomata præcurſoria.
Proclivitas in tuſſim convulſivam.
Duratio.
Diviſio tuſſis convulſivæ
idiopathica, ſympathica, compoſita
febrilis, non febrilis
epidemica, ſporadica.
Sedes.
Cauſa
proxima
prædiſponens
excitans.

Variæ methodi, regnante varia epidemia
methodus antiphlogiſtica
methodus evacuans
methodus expectorans
methodus narcotica
veſicantia.
Convulſiones practicæ.
Variorum autorum methodi
Sydenham
Frid. Hoffmann
Huxham
Whytt
Werlhof
Zimmermann
Armſtrong
Geſner
Roſenſtein
Millar
Unzer
de Haen.
Cura tuſſis convulſivæ.
Exitus varius
in ſanitatem
poſt 12 quod raro, aut ſenſim poſt 2 menſes
apoplexia
ſuperveniente peripneumonia
phthyſi purulenta pulmonum.

V.

V.

MELCHIOR TALLMANN

DISSERTATIO

DE CHOLERA.

Definitio.
Choleræ tempus.
Choleræ ætas.
Choleræ connubia.
Prodromi & ſymptomata.
Indoles materiæ evacuatæ.
Sedes.
Cauſæ remotæ
    externæ
        aër
        alimenta
        aſſumta varia plus minus fermentabilia
        potulenta
        medicamenta
    internæ.
Exitus choleræ
    in ſanitatem
        ſigna hujus exitus
    in morbos alios
    in mortem.
Diviſio choleræ
        humida, ſicca
        vera, ſpuria
        ſymptomatica, critica
        maligna, benigna
        epidemica, ſporadica
        febrilis, non febrilis.
Partitio choleræ practica
        ſaburralis
            æſtiva

ab

ab ingluvie
verminoſa
pituitoſa
ab animi pathematibus
infantum
periodica
ulceroſa & purulenta
ab acri retrocedente
cholera ſicca
cholera e venenis
ſanguinea
cholera compoſita.
Cholera ſaburralis: præcipue æſtiva
tempus anni
ſymptomata
cura
materiam diluere, involvere
ſymptomatibus gravioribus obviam ire
vires coctrices roborare
an & quando opium?

VI.

GEORGII UIBERLACHER
D I S S E R T A T I O
DE HYDROPHOBIA.

Hydrophobia a morſu canis rabidi.
Hydrophobia ſpontanea in variis morbis.
Antiquitas hydrophobiæ vulgaris.
Cauſæ, quæ rabiem canibus inducunt.
Signa rabiei in canibus
ſtadium primum
ſtadium ſecundum.
Modi, quibus venenum communicatur
morſu oſcu-

oſculo
linctu
aſperſione ſalivæ
contactu ſalivæ recentis
applicatione corporis venenata ſaliva etiam dudum exſiccata infecti, linguæ, gingivæ, labiis.
an etiam carne, ſanguine, lacte &c.
Quamdiu contagium latet?
Cauſæ, quæ accelerant veneni progreſſum.
Symptomata hydrophobiæ
ſtadium primum
dolor, & rubor partis vulneratæ
dolores pungentes partium adjacentium
varia ſymptomata ſpaſtica
ſtadium ſecundum
febris vehemens
hydrophobia
lucis impatientia
mordendi deſiderium
dolores acerbiſſimi &c. &c.
Cadaverum ſectiones.
Sententiæ de hydrophobiæ natura
a vermibus
a corde
a febre maligna, hepate affecto
morbus nervorum
Argumenta.
Nativa veneni.
Curatio hydrophobiæ
prophylactica
therapeutica.
Curatio prophylactica
venenum ſuſceptum deſtruere

venenum fortaſſe reſorptum delere & expellere
cauſæ, quæ venenum in actum deducunt.

Venenum deſtruitur
inuſtione
cauſticis
exciſſione & amputatione
ſcarificatione
hirudinibus
pulvere cantharidum;

Venenum expellitur, methodo varia
methodus ſialagoga
methodus ſudorifera
methodus diuretica
methodus emetica & purgans
methodus ſpecifica.
Ex regno vegetabili
belladonna
muſcus caninus
anagallis &c.
Ex regno animali
cantharides
meloë majalis
lumbrici &c.
Ex regno minerali
mercurius
raſura cupri
limatura ſtanni &c.
Compoſitiones
pulvis antilyſſus
arcanum Werlhofii.

Uſus remediorum mercurialium
mercurius dulcis
turpethum minerale

in-

inunctiones
methodus inungendi
internus mercurii uſus.
Belladonnæ uſus
methodus
doſis
cautelæ ſub hujus uſu.
Cantharidum uſus
antiquitas hujus remedii
doſis.
Meloë majalis
doſis & forma.
Uſus balneorum
in aqua marina
demerſio in mare vel fluvium
balneum tepidum.
Cura prophylactica
cauſas febriles removere
ſymptomata nervoſa a veneno producta lenire.
Curatio hydrophobiæ therapeutica.
Venenum ex parte educere
cultro vel cauſtico vulnus clauſum aperire.
pulvere cantharidum inſperſo.
Venenum ſanguinem ingreſſum educere
ſialagogis
ſudoriferis
diureticis
methodo ex his compoſita
mala a veneno producta auferre
affectiones nervoſæ
febris & inflammatio
vires vitæ depreſſæ

vomitus, vomituritio
meticuloſitas.
Rabies canum præcavetur
numerus canum imminuendus
cauſæ rabiei a canibus removendæ
infectio a cane rabido prævertenda
infectione facta eruptio morbi cavenda.

VII.

ALOYSII SMETASCHEK
DISSERTATIO
DE MORBIS MAMMARUM.

Deſcriptio anatomica mammarum.
Morbi mammarum.
Tumor mammarum
in puellis a ſuppreſſa menſtruatione
cura revulſoria
cura emenagoga
in gravidis
in puerperis inflammatio mammarum
in parte cellulosa
in parte glanduloſa
in utraque
methodus medendi
reſolutio
ſuppuratio
tenſio chronica emollienda
papillæ excoriatio.
Scirrhus
cauſæ ſcirrhi.
Cancer.
Cancer occultus

Can-

Cancer apertus.
Diagnoſis ab aliis ulceribus.
Prognoſis.
Cura ratione ſtadii
    Stad. 1. ſi cancer recens uſus cicutæ.
    Stad. 2. ſi cancer aut ſcirrhus inveteratus, viribus ægri bonis,
        exſtirpatio.
    Stad. 3. cancer inveteratus immobilis, in corpore cacochymico
        noli me tangere.
    Exſtirpatio chirurgica
        ante operationem
        methodus exſtirpationis
        operatione peracta.

VIII.

ALOYSII ETZEL
DISSERTATIO
DE MORBO HYPOCHONDRIACO.

Deſcriptio.
Diviſio generalis
    ſine materie
    cum materie.
Diagnoſis hypochondriaci morbi ſine materie
    a melancholia
    ab apoplexia
    ab epilepſia
    a ſyncope
    a catalepſi.
Sententiæ variæ de natura hujus morbi;

An differentia eſſentialis inter paſſionem hyſtericam; & hypochondriacam?
Symptomata pro vario gradu morbi
praecurſoria
malo jam provectiori
paroxyſmus hyſtericus.
Cauſæ morbi hypochondriaci
prædiſponens
excitantes.
Curatio
in paroxyſmo
ægrum excitare.
Decubitu, & ſolutione ligaturarum
odoribus variis
crurum frictio; ac ligatura
circa genua
cucurbitæ ſiccæ ſub utroque poplite
aſperſiones aquæ frigidæ
clyſmata leniter irritantia.
Graviores affectiones mitigare
vomitus
colica hypochondriaca
cardialgia
clavus hyſtericus
convulſiones
extra paroxyſmum
cauſam excitantem tollere
ſyſtema nervoſum roborare
motus
balnea frigida
ferrum
cortex peruvianus
vinum, amara.
Prognoſis morbi hypochondriaci.

IX.

JOANN. BAPTIST. REITTER
DISSERTATIO
DE HÆMORRHOIDIBUS.

Definitio.
An fluxus hic ſanguinis non morboſus?
An idem in maribus, qui menſtruus in fœminis?
Diviſio hæmorrhoidum
    fluentes
    cæcæ
        externæ
        internæ
    protopathicæ, deuteropathicæ
    criticæ, ſymptomaticæ.
Cauſæ hæmorrhoidum
    ſalutare naturæ conamen
    venarum hæmorrhoidalium compreſſio
    irritatio quæcunque
    alimenta, medicamenta acria
    diſpoſitio hæreditaria.
Symptomata hæmorrhoidum.
Diverſi hæmorrhoidum exitus
  in ſanitatem
    ſolvendo plethoram
        univerſalem
        topicam
    eliminando cacochymiam
    atrabilariam.

In mortem.

Gangræna tuberculorum inflammatoriorum
  hæmorrhagia nimia.

In

In alios morbos.

Mala degeneratione
in ulcera & fiſtulas
fluxu nimio
cachexia
hydrops
atrophia
ſubita fluxus ſuppreſſione
cephalalgia
apoplexia
hydrops
hæmoptoë &c.
Methodus medendi
antiphlogiſtica
diſcutiens
narcotica
antiſeptica
adſtringens
revocans
compoſita.